


Ex Texta in Cap. 2º

Velato in 2ª parte Decreti Causa 32. quest. 1ª

De luxorio tero deducta =

Licitum est Viro dimittere uxorem ob causam adulterii non tamen licet alteram ducere.

C. D. Martin Torrico de Pedrosa

M.S. en 4.° pergamino con 252. hojas.

De Trinitate personarum ad productionem Creaturarum

Rotulata

Quaestiones theologicas.

Ex Sexta in Cap. 2°

Velato in 2ª parte Decreti Causa 32. quest. 1ª

De luxurioso coeo deducta =















intantum n[on] potest vir durare etiam ingressu dato a[b]
adulterio manet vinculum matri[monii]. ~~Secundo~~ secundo
iure manet vinculum indissolubiliter: 3o,

Alex.ª 3.ª Cap.º Signasti de sponsalibus in libro
lib. 4 titulo 19 c. 4 f. 590

Cap.º vxor. 17 = in 2.ª ... Cap.ª 32

g. ?

D. 1 Trinitate Personarum ad productionem Creaturarum.



Vt TRINITAS R= sonarum per se requiratur ad productionem Creaturarum? an tantum per accidens, et materialiter?



1. In dist. 1. lib. 2. agit Magister de productione Creaturarum à Deo, et pro illius pleniori intelligentia notare oportet Creaturarum considerationem, et ad Philosophos, et ad Theologos pertinere, diversimodè tamen; quia Philosophi Creaturas considerant secundum quod in propria natura consistunt, unde proprias causas, et passiones rerum inquirunt: sed Theologi considerant Creaturas, secundum quod à primo principio exierunt, et ad finem ultimum ordinantur: et ob hanc rationem Theologia scientia Divina nominatur, quia scilicet altissimam Causam considerat: et secundum modum istum in hac distinctione de Creaturis agitur; quapropter operæ pretium duxi de primo omnium Creaturarum principio pertractare, et quomodo ad illarum productionem concurrat, inquirere.

2. Circa quod notandum est 1o. Creationis omnium rerum unicum principium primum esse tantum; quod est contra Anaxagoram, et Platonem, qui in parmenide asserunt tria esse prima principia, scilicet agens, materiam et ideas separatas à rebus, quas exemplaria vocabant; et ex his tribus nullum esse causam alterius, sed per hæc tria mundum creari, et omnia ex quibus constat. Empedocles vero, et Pythagoras non credentes omnia naturalia creata esse, adhunc pervenerunt errorem, ut prima contraria tamquam rerum omnium principia prima constituerent, dividebant enim omnia entia in duos ordines, et unum reducebant in bonum, sicut in primum principium, et alium in malum.

in

in genere boni constituebant omnia perfecta, ut lucem, masculum, quietem, et alia huiusmodi, et sub genere mali [illegible] imperfecta, ut tenebras, fœminam, et alia similia, et sic error eorum habuit [illegible] ex eo quod omnia considerabant secundum ordinem unius rei particularis ad aliam rem particularem, non autem ex comparatione ad totum ordinem Universi, et cum viderent aliquas res alijs esse nocivas, vel inter eas imperfectas respectu aliarum imperfectarum, iudicabant eas esse malas simpliciter, et secundum suam naturam, et non ducere originem à causa boni, et ob hanc rationem Pythagoras fœminam, quæ est quid imperfectum respectu viri posuit sub genere mali.

3. Et ex hac radice pullulavit et exorta fuit hæresis Manichæorum, qui cum corruptibilia, quæ respectu incorruptibilium, et visibilia, quæ respectu invisibilium, et vetus testamentum, quod respectu novi testamenti imperfecta esse viderent, posuerunt ea non esse à Deo, sed à contrario principio, nempe à Diabolo; movebantur etiam ad hoc asserendum ex eo quod inspicerent aliquas creaturas bonas, ut puta homini provenire aliquod nocumentum, ex aliquibus visibilium, et invisibilium creaturarum.

4. Sed omnes istos errores impugnat, evellit, et penitus destruit Angelicus Magister, lib. 1. contra Gentes, cap. 43. et in articulo 1.º sup: primam distinctionem Secundi lib. 2. et quæstione 3. de potentia artic. 6. affirmans tantum creationis omnium rerum unicum esse principium primum: quod assertum probatur breviter ex illo Isaiæ 45. Ego Deus, et non est Deus formans lucem, et creans tenebras, faciens pacem, et creans malum, ego Deus faciens omnia hæc. 2.º probatur ratione, secundum Dionysium cap. 4. de Dei nominibus malum non radicatur nisi in natura boni; sed hoc non esset, si malum haberet principium creans contrarium ei, quod creat bona, alias principium malum esset potentius, quam bonorum principium, cum

etiam

etiam in ipsius boni effectum suum includeret: ergo cum hoc ab ipsis hereti=
cis non concedatur, teneantur dicere quod malum non est ab aliquo alio Creato=
ris principio, quam bonum.

5. Evidenter probatur; si tam universa entia, ut sunt,
que in hoc universo continentur, essent a principiis omnino contrariis, in unum
necessarium principium non reducerentur, nec possent in unum ordinem convertere,
nisi per accidens, et casualiter ex multis, nam non fit ordinatio, nisi per ali=
quem ordinantem; sed videmus quod corruptibilia, et non corruptibilia, spi=
ritualia et corporalia, perfecta, et imperfecta in unum ordinem huius universi
opere concurrunt, spiritualia nam movent corporalia, ut in homine apparet; cor=
ruptibilia etiam per corpora incorruptibilia disponuntur, sicut patet in altera=
tionibus elementorum a corporibus celestibus: ergo necesse est dicere, quod om=
nia entia huius universi, sive perfecta, sive imperfecta, spiritualia, aut cor=
poralia, incorruptibilia, aut corruptibilia in unum primum principium redu=
cuntur, et ab illo per creationem habent esse.

6. Hoc autem rerum omnium principium est Deus Op=
timus Maximus, unus in essentia, trinus in personis; tres nam Divine per=
sone ita concurrunt equaliter ad creationem omnium rerum, ut nullus effectus,
neque etiam in aliquo effectu, que sit creata ab una persona, et non ab
alia: quod deffinitum est in Concilio Lateranensi 4.° ubi definitur san=
ctam trinitatem esse creatricem rerum omnium, et in Concilio Toletano 5.°
can. 1.° et in Concilio Toletano 11. in confessione fidei definitur, quod uni=
versa opera trinitatis ad extra sunt inseparabilia, et indivisa.

7. Que veritas ex Paul. Epist. 1. ad Corinth. cap.
8. Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, que verba intelligun=
tur communiter a Sanctis Patribus de Creatione, prout attribuitur tribus Di=
vinis personis: ex quo, idest, ex Patre; per quem, idest, per Filium; in quo,
idest, in Spiritu Sancto ita D. Gregorius Nissenus lib. ad Ablabium per hec

Verba

Verba: Omnis actio ad Creaturas est à Deo proveniens, quae secundum varias nominationes, atque considerationes accipit, à Patre praefinitur nomen, per Filium progreditur, & in Spiritu sancto perficitur.

8. Etiam probatur haec Veritas ratione Theologica: Omnes tres Divinae Personae habent unam, & eamdem Virtutem simplicissimam ad producendum, quae communis est ipsis: ergo sunt unum, & indivisum principium omnium creaturarum. antecedens ut de fide certum supponitur, & Consequentia sic probatur: Nam secundum fidem, Pater et Filius sunt unum principium Spiritus sancti, ut diffuse per tractat D. Thomas. 1. p. q. 36. artic. 4. & q. 10. de potentia artic. 5. ad 11.; quia unica simplicissima Virtute spirant Spiritum Sanctum: ergo si omnes tres Divinae Personae unica, & simplicissima Virtute creativa omnia producunt, sunt unum, & indivisum principium omnium Creaturarum.

9. Hanc Catholicam Veritatem non subscribentes haeretici multiplices creaverunt errores. Primus fuit Arrianorum dicentium, solum Filium sine ulla cooperatione Patris, aut Spiritus Sancti, creare universas creaturas, & ad hunc finem Filium fuisse à Deo Patre productum. Hunc errorem refert D. Athanasius oratio. 3. contra Arrianos his verbis: Deum volens creaturam naturam producere, cum videret eam puritatis suae, & architectationis participem esse non posse, condidit primus & fecit unus unum, eumque appellavit Filium, Filium, & Verbum, ut eo condito reliqua per eum condi possent. Haec non solum dicere, sed scribere ausi sunt Arrius, & qui Idolis sacrificavit Asterius.

10. Sed hunc errorem efficaciter expugnat D. Augustinus, lib. unico contra Sermones Arrianorum cap. 3. per haec: Vellem ut isti dicerent, utrum duos constituant Creatores? quod si non audent, unus est enim, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, quod est quod ipsi dicunt volente Patre omnia creasse Filium, tamquam Pater non creavit,

Sed

sed per filium creari?

11 2.us error in quem præcipitati sunt, ut priorem defenderent, sic se habebat: Creatura filius est, et tamen creat, quod id à Deo, quasi à Magistro, atque artifice addicit, ut esset Magister ad opera sua. 3.us error imprudentibus virtualiter inclusus fuit, filium esse primam et eximiam creaturam Patris, et Spiritum sanctum ante alias creaturas à filio fabricatum esse; quos refert D. Basilius lib. 2. contra Eunomium propè finem. 4.us error præcedentibus consonus, asserit per filium omnia esse facta veluti per causam instrumentalem, ac minorem causa principali. Hunc refert Theophilactus super illud Joann. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Ubi ex professo refutat Arium exponentem ly per ipsum tamquam per instrumentum. Arium imitatus fuit Lutерus, et ita super 1.um cap. Geneseos vocat filium instrumentum Patris.

12. Qui omnes damnati sunt in Concilio Niseno 2. ad medium, ubi loquens de filio sic ait: manifestum quod verè Deus natura sit et non instrumentum, nec creatura, nec factura, nec Patre posterior. Et 1.a Synodus Antiochena in professione fidei missa ad Paulum, Antiochenum §. 2. semel et iterum dixit filium in Creatione Mundi implevisse voluntatem Patris, et postea addit, per quem omnia facit Pater non tamquam per instrumentum, neque tamquam per eam non per se existentem.

13. Etiam radicitus extirpat hos errores, et eorum defensores suis met rationibus convincit D. Cyrillus Alexandrinus lib. 5. Thesau. cap. 2. ubi de filio loquens talem format rationem: Si capi non poterat Dei virtus à natura creata; quomodo creatus à nihilo filius capax eiusdem secundum vos est? Et quomodo V. Patris virtutem cum creatura sit, ut vos dicitis, sustinuit? Necesse nam est, ut si filius hoc potuit, quamvis sit creatura, vicissim id possit creatura, vel si alia id non posset, quoniam creatura sit, nec ipse possit, quoniam creatum secundum vos sit. Et paucis inter-

po-

posui sic concludit capitulum: quia Virtutem Patris ferre creaturæ non possent creatus est Filius secundum vos: quoniam, et ipse totius Virtutis Paternæ, ut Creatura capax non erit, necesse est, ut aliud medium fingatis, quod totam operationem Paternam potuerit capere, de inde aliud, et aliud quo ad infinitum scilicet: at impossibile erit, et totam Creationem rerum evertit. idem docet, Divus Joann. Damascenus de Filio loquens loquens lib. 4. fidei cap. 19. ubi postquam dixisset, quod Pater per filium suum imoleuit Virtutem, subjungit: Non velut per instrumentum, seu servum; sed ut per substantialem et hypostaticum eius Verbum, et Sapientiam, et Virtutem; propterea, quod in Patre, et Filio una compleatur motio. hæc Cyrillus, et Damascenus loquentes de Filio; et idem Cyrillus lib. 13. thesauri cap. 1. in fine. idem concludit de Spiritu Sancto per hæc verba: Si Creatura Spiritus Sanctus est quomodo totam operationem Dei sabet. Non enim puto posse aliquos adeo insanire ut audeant dicere Deum verum organis aut instrumentis aliquibus operationes suas ad extra omittere.

14. Ex hisplenissime clare constat enerviatos, et destructos manere errores supradictos; sed materia petit, ut invitamur sumpta hæreticorum, ut eorum telis eos confringamus, et eis nostram catholicam veritatem deducamus, præcipue fundamentum, quo Arriani cum eis cum eligente, catholicis objiciebant, erat illud Joann. 5. Amen amen dico vobis; non potest filius a se facere quid quam, nisi quod viderit Patrem facientem; quæcumque enim ille fecerit, hæc, et Filius similiter facit. Pater enim diligit Filium, et omnia demonstrat ei, quæ ipse facit. et illud Joann. 8. Ame ipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater sic loquor: Ex quibus verbis inferebant filium esse minorem, et inferiorem Patre, consequenterque Patrem medio illo, tamquam ministro, sive instrumento omnia creasse, hæc de Filio: Et loquentes de Spiritu Sancto, ut affirment eum nihil causis habere ad Creationem, aut gubernationem rerum, nec ut instrumentum aut ministrum Patris, aut Filii nec ut causam partialem, adducunt illud Joann. 16. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem; non enim loquetur a semetipso,

sed

sed quecumque audiet, loquetur, & ea, que ventura sunt annuntiabit vobis.

15\. Sed his eiusdem testimoniis ab ipsis Arrianis adductis roboratur, & confirmatur magis nostra Catholica Veritas, quod sic probo: Persona, que non potest à se ipsa facere, aut loqui quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem, aut loquentem, non potest esse alterius distincte nature, virtutis, potentie, & operationis, sed debet esse necessario eiusdem prorsus nature, virtutis, potentie, & operationis cum Patre; sed ut constat ex predictis testimoniis D. Ioannis, Filius non potest à semetipso facere quidquam, neque Spiritus Sanctus potest à semetipso aliquid loqui: ergo ex suis met ipsis testimoniis infertur, & constat, quod Filius, & Spiritus Sanctus habent eamdem naturam, virtutem, potentiam, & operationem cum Patre, & consequenter omnes tres Divinas Personas eodem modo concurrere, & se habere in ordine ad creationem, & productionem omnium rerum. Minor et consequentia sunt note; Maior que ab Hereticis negatur, sic evidenter probatur: quelibet creatura potest aliquid facere, aut loqui ex seipsa: ergo persona, que ex se ipsa non potest facere aliquid, aut loqui non est creatura, sed est eiusdem nature, & virtutis, potentie, & operationis cum Deo. Probatur antecedens: Quelibet creatura, aut est rationis compos, aut illa caret; si est rationis compos peccare potuit, & consequenter mentiri quod ex seipsa loquetur, & facit, cum non possit videre Patrem sic facientem, cum Deus Pater non possit peccare, aut mentiri; si est irrationalis habet à se ipsa defectum ratione cuius assequi non potest operationem Patris & ita à se ipsa potest defectuosam, et imperfectam facere operationem, quam Pater non facit esse defectuosam, quantum est ex parte Patris: ergo quelibet creatura potest ex seipsa aliquid facere, & loqui; Tunc sic: sed ut constat ex testimoniis D. Ioannis ab Arrianis adductis Filius non potest à semetipso aliquid facere, neque Spiritus Sanctus aliquid loqui: ergo ex suis met rationibus infertur & constat Filium non esse primam, & eximiam creaturam à Patre productam, & Spiritum Sanctum secundam creaturam productam à Filio, sed Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum esse eiusdem nature, virtutis, potentie, & operatio-

nis

mis; et eodem modo concurrere, et se habere ad Creationem, et gubernationem omnium rerum.

16. Hanc rationem insinuat D. Basilius epist. 141. ad Cæsarianos intermedium, et finem, ubi postquam retulisset verba illa Joannis: Filius non potest à semetipso facere quidquam, ita prosequitur: mihi vero hoc dictum potissimum hoc indicat, quod eiusdem cum Patre naturæ sit Filius, si namque unaquæque creaturarum aliquid potest à se ipsa facere, creatura non est Filius. Etiam hunc errorem D. Joannes Chrisostomus hom. 37. super 5. cap. Joannis: Quomodo igitur intelligitur, non potest Filius à se ipso quidquam facere? quoniam quod nullâ in re est Patri contrarium, nihil ab eo alienum potest facere, quod maximam æqualitatem, et convenientiam ostendit. Eadem ferè verba habent omnes Patres super cap. 5. Joann. sed clarius omnibus D. Gregorius Nizenus loquens de tribus Personis, epist. de Imagine, et similitudine contra Apolinium, colum. penult. per hæc verba: Una, et similis Patris, et Filij, et Spiritus Sancti efficacitas una est, quæcumque siquidem fecerit Pater, indivisibus cooperatur, et Filius; sed quæcumque fecerit Filius, aut Spiritus Sanctus, omnino cooperatur indivisibiliter Pater, nec enim Filius sine Patre à se ipso per se solum quid facit, nec illo modo Pater sine Filio, et Spiritu Sancto; nec rursus Filius sine Spiritu Sancto, et Patre quidpiam operatur, Manet ergo firma contra Hæreticorum perfidiam nostra veritas Catholica, ut pote deducta ex Scriptura, et Patribus, et rationibus roborata, et in Concilijs definita, scilicet omnes tres Divinas Personas Patrem, Filium, et Spiritum Sanctum eadem indivisibili virtute, et operatione concurrere ad omnium rerum Creationem.

17. His ex dictis manifestè sequitur errasse Origenem cum in lib. 1. Periarchon. quod Pater dat esse rebus, Filius dat esse rationale; et Spiritus Sanctus dat esse intellectum, nisi prædicta verba intelligantur per attributionem accommodandam, et non in rigoroso sensu. = Sequitur etiam graviter graviter errare in fide, quosdam modernos Theo=

Theologos Lullistas apellamus, qui vt tueantur quamdam falsissimam sententiam sui Magistri Raymundi Lullij, quæ asseruit ratione naturali posse demonstrari Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, dicunt, quod in quolibet effectu reperitur aliquid reale à solo Patre productum, et aliquid productum à solo filio, et aliquid à solo Spiritu sancto., et ita colligunt, quod ex istis diuersis effectibus productis possumus euidenter cognoscere in Deo tres distinctas Personas cum Vnitate in essentia; quæ sententia hæretica est, quia ex illa sequitur, quod Pater non sit vniuersale principium omnium rerum, quia iuxta illam aliquid producunt in rebus filius, et Spiritus sanctus, quod Pater non producit, quod est contra definitiones Conciliorum, et aduersatur primo articulo nostræ fidei.

18 Propius tandem ad difficultatis punctum accedens, noto, quod cum in vno quoque producente inueniatur principium quod, seu Suppositum subsistens, et principium quo, seu Virtus producendi; hoc quoque in productione Creaturarum certum est inueniri. Principium quo, seu Virtus producendi est omnipotentia, quæ vnica, et indiuisibilis est; attamen cum Suppositum, in quo inuenitur sit triplex, scilicet, Pater, Filius, et Spiritus Sanctus, merito inquiritur, an Trinitas Personarum per se, et formaliter requiratur ad productionem Creaturarum an tantum materialiter, et per accidens.

19. Circa quod 1. notanda, et impugnanda venit sententia Henrici de Gandabo, qui Quodlibeto 6. q. 2. asseruit, quod in ratione operandi ad extra non est cognitio essentialis, sed notionalis, seu Verbum expressum notionali cognitione. Idem quæ docet de Amore, affirmans, quod ratio operandi non est Amor essentialis, sed notionalis; ex quo infert, quod sicut Artifex operatur per ideam, per conceptum proportionatum suæ arti, et per inclinationem Voluntatis, qua se determinat ad operandum; ità Pater per filium suum omnia operatur ad extra tamquam per ideam expressam, et artificiosam, et per Spiritum sanctum tamquam

per

per inclinationem voluntatis suæ expressam, et quia aliter non potuit producere res ad extra.

20\. Cuius fundamentum ad hanc formam reducitur; quia si Creatio esset actio purè essentialis, sequeretur, quod prius nostro modo intelligendi fundato in rei ipsa conveniat Deo actio creandi, quam generatio Verbi; consequens admittendum non est: ergo. Probatur sequela: Essentialia priora sunt notionalibus secundum rationem nostram; sed generatio est quid notionale in Deo, et creatio est quid purè essentiale: ergo prior est nostro modo intelligendi Creatio, quam generatio.

21\. Quintum, in quo fundatur prædictus Autor est, nam si propter aliquam rationem Creare non esset proprium Personis Divinis secundum propria relativa, sed quatenus conveniunt in unica perfectione activa absoluta, maxime quia relatio nullius est activitatis, ac à Deo nequit esse principium alicuius actionis, aut effectus; sed hæc ratio non convincit: ergo. Probatur Minor; Actiones ad intra tribuuntur Personis secundum quod distinguuntur, et constituuntur propriè talibus relativis: ergo falsum est quod relatio non est activa.

22\. His non obstantibus, hæc sententia falsa est, et illam reijcio; nam ex illa sequitur Patrem solum esse Creatorem; sed hoc pluquam falsum est: ergo non est sustinenda. Probatur sequela; quia in hac sententia Filius solum concurrit ad creandum, quia est Idea practica Creaturarum, producta à Patre supremo Artifice; et Spiritus Sanctus solum concurrit ad Creandum, quia est inclinatio producta, qua scientia practica Patris inclinatur ad effectum: ergo in hac sententia solum Artifex Creaturarum est Pater; et Filius solum est Idea, qua operatur, et Spiritus sanctus tantum est impulsus, seu inclinatio, qua ad operandum Pater inclinatur; sed hoc falsissimum est. quia cum Creare sit omnipotentis, si solus Pater creare ponitur, ipse

ipse solum esset Omnipotens; quod Symbolo Athanasii contrariatur: ergo.

23\. Confirmatur tamen, hec sententia, rationem Creatoris explicat exemplo Artificis creati dicens, quod sicut artifex operatur per ideam, per conceptum suę arti proportionatum, et inclinationem voluntatis, quia se determinat ad operandum; ita Pater Divinus operatur sic omnia ad extra per suum Filium, tamquam per ideam expressam, et artificiam, et per Spiritum Sanctum, tamquam per inclinationem expressam suę voluntatis: ergo hic Auctor in materia Creationis solum Patrem facit artificem, et Filium ideam et Spiritum sanctum inclinationem ad opus: ergo solum Patrem recognoscit Creatorem per Filium, et Spiritum sanctum. Patet consequentia; quia operatio ut quod solum tribuitur producenti ideam, et inclinationem, qua sua idea ad opus inclinanatur, sed Filius in hac sententia est solum idea producta, qua Pater ad extra operatur, et Spiritus sanctus est solum inclinatio expressa Ideę ad opus: ergo solius Patris erit producere ideam, et inclinationem ad opus: ergo Patri solum tribuitur operatio ad extra, et consequenter ipse solus erit Creator.

24\. Sed dices Patrem, Filium, et Spiritum sanctum esse omnipotentes et Creatores, non tamen eodem titulo; quia Pater est omnipotens, quia per Filium, et Spiritum sanctum, tamquam per ideam, et inclinationem omnia ad extra operatur: Filius est omnipotens; quia omnium, que fiunt, et fieri possunt, ipse ideam, et exemplar est, et cum quia sibi producit inclinationem ad opus, nempe Spiritum sanctum, qui a Patre, et Filio producitur, Spiritum sanctum quoque omnipotentem esse, quia ad omnia, que fiunt ipse inclinat Patrem, et eius ideam ad opus.

25\. Sed contra sequitur Filium et Spiritum sanctum esse omnipotens secundum quid tantum, et non simpliciter; sed hoc repugnat fidei: ergo sustinendum non est: probatur sequela; quia illa Persona est omnipotens simpliciter, que habet omnipotentiam simpliciter; at Filius et Spiritus

Sanc=

Sanctus illam non habent: ergo. Probatur Minor: Omnipotentia simpliciter adintegratur ex tribus, nempe ex vi productiva Ideæ rei producendæ, et ex ipsa producta; et ex inclinatione, qua propter facta inclinantur ad opus; at Filius ex his tribus solum potest dici habere ideam, quia ipse idea est à Patre producta, et habere inclinationem quia produceret Spiritum Sanctum simul cum Patre, non vero posse dicere habere vim productivam Ideæ, quia hæc tantum esset à Patre producenda, et minus illo haberet Spiritus Sanctus, et plus illis haberet Pater, cum Pater vim producendi Ideam, et ideam, et inclinationem producere: ergo solum Pater dici potest omnipotens simpliciter, non vero Filius, nec Spiritus Sanctus.

26. 2.° impugnatur tradita solutio; nam si unaquæque persona ratione proprietatis notionalis esset omnipotens, essent tres omnipotentes substantive, quod est contra Athanasium fatentem non esse tres omnipotentes, sed unum omnipotentem: ergo. Probatur sequela; tunc casus omnipotentia est notionalis, ut pote conveniens personis ratione proprietatis notionalis: ergo multiplicaretur ad multiplicationem proprietatis notionalis, et personæ: ergo cum sint relativæ proprietates, tres omnipotentes forent, non vero unus omnipotens, quod repugnat.

27. His ergo rejectis sententiis erroribus nostra mens, et conclusio clarius patefiet si prius certa ab incertis separemus. Certum ergo est, tres Divinas personas eodem prorsus modo omnes effectus ad extra producere; sub dubio autem est, an ita trium personarum distinctio, seu an id, quod relatio addit ad absolutum per se influat in effectibus ad extra; quo circa est notandum illud dici per se quarto modo perseitatis concurrere ad divinam productionem, quod per se exigit, ut illius principium, id vero non per se, sed per accidens se habere, quod licet, vel sit identificatum cum principio formaliter, vel identice, tamen à termino non petitur per se ut illius principium, ut videre est in artifice formante statuam, à qua per se desideratur ipse artifex; quia sine illo fabricatio statuæ non

dat=

tibitur. Cæterum quod artifex sit niger, aut albus concomitanter, et materialiter se habet ad formationem illius.

28. His ergo animadversis sic se tenet Conclusio: Creare non est proprium alicuius personæ, sed commune toti Trinitati, ita ut per sonarum Trinitas concomitanter, de materiali, et per accidens ingreditur rerum productionem. Quæ Conclusio D. Thomæ est expressa mens 1. p. q. 45. art. 6., et ut talis ab omnibus Theologis amplectitur; quorum est communi consensu nostrorum placitum. Probatur ergo in primis nostra Conclusio Angelici Magistri auctoritate, qui loco proximè allegato ad 2. ita fatur: Sicut natura Divina est communis tribus Personis, ita etiam virtus creandi communis est tribus Personis: ergo iuxta D. Thomæ mentem virtus productiva ad extra; non est propria alicuius Personæ, sed toti Trinitati communis: ergo non per se, sed per accidens trinitas Personarum concurrit.

29. Confirmatur testimonio eiusdem Doctoris Angelici 1. p. q. 36. art. 4. ad 2. circa medium ibi: Neque est eadem ratio de hoc nomine Creator; quia Spiritus sanctus procedit à Patre, et Filio, ut sunt duæ distinctæ Personæ, non autem Creatio procedit à tribus Divinis Personis, ut sunt personæ distinctæ, sed ut sunt unum in essentia. Id ipsum expressè affirmat in 1. Sentent. dist. 11. art. 4. ubi inquirit, utrum Pater, et Filius sint unus Spirator, et in solutione ad 2. hæc profert verba: Ad 2.um dicendum, quod creatio est actus trium Personarum non secundum quod distinctæ sunt, sed secundum quod uniuntur in essentia, quia ab hac per intellectum remota distinctione Personarum adhuc remaneret creatio. Quo nihil clarius pro nostra Conclusione: ergo iuxta D. Thomam trinitas personarum non requiritur per se, et formaliter ad productionem rerum cum remota distinctione Personarum adhuc daretur Creatio; et ablato illo, quod per se requiritur, et effectus subsistere nequit.

30. Ratione autem nostra probatur Conclusio; Nam

si

si Trinitas Personarum per se requireretur ad productionem Creaturarum, sequeretur Mysterium Sanctissimae Trinitatis posse ratione naturali demonstrari: hoc a contrariis non admittitur: ergo Conclusio nostra vera; probatur sequela; nam ratio naturalis potest de Deo cognoscere quae sunt demonstrabilia per Creaturas; sed si Trinitas Personarum per se concurreret ad rerum productionem, esset cognoscibilis per Creaturas: ergo. Probatur Minor: Creaturae ducunt in cognitionem Divinorum, quatenus sunt effectus a Deo producti; sed si Trinitas Personarum concurreret per se ad productionem Creaturarum, illae essent effectus a Deo ut Trino producti: ergo Trinus, aut Deus ut talis demonstrabilis esset per Creaturas: ergo Trinitatis mysterium posset naturali ratione cognosci.

31. Confirmatur; nam creare est proprie causare: ergo convenit Deo secundum suum esse: ergo est commune toti Trinitati. antecedens est certum, et 2a consequentia ex prima infertur; quia esse Dei est sua essentia, quae tribus est personis communis. probatur vera prima; quia principium actionis ex effectu consideratur omne enim agens sibi simile, sed nullus est effectus creatus cum proprietate, sed tantum de appropriative similis Trinitati, bene vero sive Deo, ut Trinitati communi: ergo vera est consequentia.

32. Sed dices personalitatem creatam esse effectum personalitatis Divinae, et participationem, cum illa naturam creatam incommunicabilem reddat, quod proprium solius personalitatis relativae, non vero perfectionis absolutae, est. Sed contra; nam personalitas creata est effectus et participatio subsistentiae absolutae: ergo non relativae proprietatis. probatur antecedens; nam si propter aliquam rationem a subsistentia absoluta Dei creata personalitas non produceretur, maxime, quia incommunicabilis non est; sed haec ratio non convincit: ergo. Probo Minorem: Deus discursivus formaliter non est sed tantum eminenter, at discursum formalem causat, discursus enim hominis ab intellectivo

Divi=

Divino exemplatu: ergo quamvis subsistentia absoluta incommunicabilis formaliter non sit, dum modo eminenter communicabilitatem contineat, valebit illam personalitati creatæ præstare.

33. 2º; nam si personalitas creata esset participatio personalitatis Divinæ secundum id, quod addit ad absolutum, deberet contineri eminenter in illa; omnis enim effectus sua in causa continetur; sed implicat relationem Divinam secundum super additum continere eminenter aliquam creabilem perfectionem, Deus prò priori ad relationes personalitatem creatam: ergo nullatenus est participatio illius. Probatur Minor; quia si relatio secundum super additum eminenter contineret aliquam creabilem perfectionem, Deus prò priori ad relationes eminentiali continentia illius creabilis perfectionis careret; hoc absurdum est dici: ergo nullo modo admittenda est relatio.

34. Dices, quod Deus prò priori ad relationes supponitur nihil perfectius formaliter, et nihil ominus 2.um sententiam probabilem, relationes addunt perfectionem ad essentiam formalem relativam; ergo licet supponatur summè perfectus eminenter pro priori ad relationes, poterunt tamen addere perfectionem eminentialem, seu continentiam eminentialem alicuius probabilis perfectionis. Sed contra; nam in sententia posita, Deus, ut prius intellectus relationibus non supponitur summè perfectus formaliter perfectione omnis lineæ, sed tantum identicè summè perfectus supponitur perfectione omnis lineæ; non enim supponitur summè perfecta formaliter per rationem, nisi in linea absoluta solum; in linea autem relativa intelliguntur summè perfecta radicaliter; quia perfectio absoluta pro illo priori intellecta radicaliter continet omnes perfectiones relativas; sed in ratione perfecti, perfectione eminentiali supponitur summè perfectus formaliter in omni linea, id est, formaliter continens continentia eminentiali omnem perfectionem creabilem: ergo nullatenus potest essentia Divina a relationibus divinis admissa sententia probabili accipere continentiam eminentialem alicuius perfectionis creabilis.

2º.

35. Dices nostrae principali rationi, quod in Creationibus intellectualibus, in quibus tres potentiae realiter distinctae in Vnitate animae, vel spiritus inveniuntur, relucet similitudo Trinitatis, et consequenter sunt effectus illius; nam cum dicit Scriptura Deum ad imaginem, et similitudinem suam hominem facere, non habuit pro exemplari tantum suum esse absolutum, sed etiam relativum; aliàs homo non esset imago Trinitatis: ergo ad hominis causalitatem, saltem per se Trinitas ingressa est per modum causae exemplaris: ergo Personarum Trinitas per se exacta est ad hominis productionem.

36. Sed contra; quia homo, vel Angelus non exigunt per se ad sui productionem concursum trium Personarum, idest per modum causae exemplaris: ergo nullo modo Trinitas productionem ad extra ingreditur per se. Probatur antecedens: homo, aut Angelus non est expressa et propria Trinitatis imago: ergo non requirunt per se Trinitatem à qua exprimetur. Probatur antecedens; ut homo vel Angelus essent expressa Trinitatis imago oportebat quod non solum essent tres personae in eodem subiecto, quod est forma Angelica, vel anima, sed etiam requirebatur, quod dictae tres Personae essent ipsamet numero anima; in hoc enim Mysterium Trinitatis consistit quod tres personae inter se realiter distinctae, sint Vnus Deus numero; sed non ita contingit in praesenti; siquidem tres animae potentiae, licet realiter distinguantur inter se, non habent cum anima identitatem: ergo nequit homo, aut Angelus esse expressa Trinitatis imago; quod si hoc non competit ei, non est caput unde probetur hominem, aut Angelum exigere per se ad sui productionem Trinitatis concursum pro causa exemplari.

37. Sed dices esse sententiam probabilem extra D. Thomae scholam, animam esse suas potentias: ergo secundum hanc sententiam dicendum erit hominem esse expressam Trinitatis imaginem. Sed contra; nam adhuc hac sententia admissa, non probatur hominem esse

pro=

propriam, & expressam Trinitatis imaginem: ergo ruit solutio. Probatur antecedens; nam qui asserunt animam esse suas potentias negari tenentur esse inter se distinctas secundum illud principium: quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se, quod in creatis ita infallibile est, ut nullam posset instantiam habere: ergo si intellectus, & voluntas sunt idem cum anima etiam inter se: ergo nequit hominis expressa Trinitatis imago competere. Patet hæc consequentia; quia ad hoc requirebatur indispensabiliter, quod illa tria essent inter se distincta realiter, & in 3º identificata. Sed hoc locum non habet in sententia admittente ad identitatem animæ cum suis potentiis: ergo in nulla sententia homo expressa, & propria imago Trinitatis est, sed ad summum metaphorice, & appropriative: ergo hæc personarum distinctio perse non requiritur ad productionem ad extra.

38. 2º principaliter probatur conclusio nostra: Id solum per se requiritur, & formaliter ex parte Dei ad productionem creaturarum, sine quo existentia creaturarum stare nequit; sed etiam si Deus non esset trinus, sed tantum unus, staret existentia, & productio creaturarum: ergo Trinitas personarum non requiritur formaliter, & perse ad productionem creaturarum. Maior nota est apud omnes; minor, in qua est difficultas probatur: Etiam si Deus non esset trinus, sed tantum unus existeret agens, in quo esset principium radicale, & virtus proxima productiva rerum; sed hoc est totum, quod requiritur, & sufficit, ut creaturæ existant, & producantur: ergo etiam si Deus non esset trinus, sed tantum unus staret productio ad extra. Maior constat, quia ut effectus producatur nihil amplius requiritur, quam quod existat agens cum virtute radicali, & proxima ad illum producendum. & minor probatur: existentia, & productio creaturarum dependet a Deo ratione naturæ Divinæ, ut principii radicalis, & ratione omnipotentiæ, ut virtutis proximæ productivæ; sed etiam si Deus non esset trinus, sed tantum unus in re, esset natura Divina, & omnipotentia: ergo etiam si tantum esset unus, & non trinus existeret agens cum virtute proxima,

&

et radicali ad producendum creaturas, et consequenter existere qq. requiritur, et sufficit ut creaturae existant et producantur. Minor probatur; quia omnipotentia et natura conveniunt Deo pro prioni ad relationes, quibus constituuntur personae, et consequenter quamvis personae non essent tres natura divina, et omnipotentia Deo convenirent.

39. Tandem probatur conclusio; quia si creaturae procederent per se a Deo, ut trino, vel illud, quo Trinitas constituitur esset ratio formalis operandi ad extra; vel complementum rationis formalis; neutro concurrit modo personatior Trinitas ad operationem ad extra: ergo non requiritur per se. Minor pro 2.a parte constat, quia relatio quae est constitutivum personae, non est complementum virtutis operativae ad extra, sed solum virtutis operativae ad intra; eo quod creare, non conveniat personis, quia personae sunt, sed quia unus Deus: e contra vero ad intra una persona ab alia in quantum persona est procedit; unde illud quo constituitur persona in ratione talis debet per se saltem ut complementum virtutis concurrere ad processionem alicuius personae divinae. Si autem 1.m indicatur inconstia est; nam si relatio esset ratio formalis operandi ad extra, contineret eminenter entitatem creabilem; omnis enim effectus continetur in virtute operativa tamquam in ratione formali; sed relatio nequit aliquam entitatem eminenter continere: ergo. Probatur minor: quia eminentialis continentia conveniens paternitati, filiationi non conveniret, et e contra: ergo quaelibet persona alterius eminentiali continentia careret: ergo neutra ex divinis personis esset omnipotens; quia eorum singulae nequiret continere, et consequenter producere illud, quod revera in alia personalitate relativa eminenter est contentum.

40. Sed dices: De facto personalitas Verbi, secundum conceptum superadditum ad absolutum supplet personalitatem creatam terminando humanitatem Christi; sed nisi creatam personalitatem contineret nequiret illam supplere: ergo relationes divinae continent secundum

quod

quod addunt ad essentiam aliquam creabilem entitatem, quin ex hoc arguatur deffectus Omnipotentiæ in alijs Personis Diuinis.

41. Sed contra: Personalitas Verbi secundum conceptum superadditum solum supplet effectum incommunicabilitatis præstitum à personalitate Verbi propriæ naturæ, non vero effectum independentiæ ab alio, vt à subsistentiæ; sed vt illum effectum suppleat non est necessarium, quod illud contineat eminenter continentia effectiva, sed sufficit illum continere formaliter, idest, quod ipsa essentia Diuina secundum quod relatio Diuina est habeat vim reddendi incommunicabilem quamlibet naturam per sui terminationem, & hoc ipsum commune est alijs personis, quia earum quælibet infinita est in terminando: ergo quamuis personalitas verbi suppleat incommunicabilitatem personalitatis creatæ, nequit continere eminenter aliquam perfectionem creabilem continentia effectiua.

OCCVRRITVR FVNDAMENTO
Fr. Henrici de Garadabo.

42. Ad primum distinguo maiorem; essentialia sunt priora notionalibus, essentialia connexa cum rebus ad extra nego maiorem; vt absoluta ab hac connexione, transeat maior: & distinguo minorem: creatio est quid pure essentiale per se connexum cum rebus ad extra concedo minorem; vt absolutum ab hac conexione, nego minorem, & consequentiam, & poteram maiorem absolute negare, quia sunt aliqua essentialia absoluta à connexione cum rebus ad extra, quæ non sunt priora notionalibus, vt patet in Beatitudine, qua Deus absolute simpliciter est Beatus, quæ essentiale prædicatum est, & absolutum à connexione cum rebus creatis, & tamen non est prior notionalibus, cum ex parte obiecti vim claudat tres Diuinas personas; nam cognitio Beatifica, qua Deus est beatus est cognitio Dei, sicut est, & sic est

Cog=

cognitio.

43\. Ad 2um. respondendum est negando maiorem, et ratio propter quam negamus personas secundum notionalia concurrere ad creandum non est quia relatio non est actiua; quia esto verum sit, quod non sit actiua per modum virtutis, et vt quo, est tamen operatiua, vt quod, et de facto ad intra persona, quae significat relationem, vt subsistentem, operatur vt quod; sed ratio est; quia in operando ad extra nulla adest oppositio inter Diuinas Personas; sed potius omnimoda aequalitas, et identitatis conuenientia; et sic non requiritur, quod personae secundum propria notionalia aliter et aliter concurrant ad creandum; siquidem creare non conuenit eis, quia personae, sed quia vnus Deus sunt; quod e contra contingit in productione ad intra, vbi inter personas producentem, et productam datur relatiua oppositio; vnde est necesse, quod producens per illud praedicatum, per quod in esse talis constituitur personae, per illud vt quod per se concurrat ad productionem.

Alijs argumentis, authoritate desumptis, occurritur.

44\. Obstare etiam nostrae conclusioni videtur D. Thomas 1. p. q. 45. artic. 6. in corpore: Sed tamen Diuinae personae, 2um rationem suae processionis habent causalitatem respectu creaturarum: quod probat: Dicit enim, vt supra ostensum est, cum de Dei scientia, et voluntate ageretur: Deus est causa rerum per suum intellectum, et voluntatem, sicut artifex rerum artificiatarum; vnde Deus operatus est creaturam per suum Verbum quod est Filius, et per suum Amorem, qui est Spiritus Sanctus, et secundum hoc productionis creaturarum rationes sunt processiones.

45\. 2o. obstare videtur 1. p. q. 34. art. 3. vbi dicit;

et

Sicut Dei scientia Dei quidem est cognoscitiva tantum Creaturarum autem est cognoscitiva, et factiva, ita est Verbum Dei, eius quod in Patre est expressivum tantum; Creaturarum vero est expressivum, et factivum, aut operativum. 3º in 3. p. q. 3. art. 8. Ubi probat Incarnationem conveniens fuisse factam in persona Filij, quia ipse est exemplar, et idea ad cuius similitudinem formantur omnia, quae creantur.

46. Ad 1.um dico, intelligendum esse D. Thom. de causalitate per appropriationem; non vero de vera, et propria causalitate; sicut etiam Patres diversimode loquuntur de Creatione diversa, attribuentes Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Patri enim datur potentia, Filio sapientia, et Spiritui sancto bonitas; sed haec sunt dicta ab illis per appropriationem solum, non autem quod in ordine ad creandum haec conveniant ipsis secundum proprias notiones.

47. Vel aliter huic, et sequenti testimonio respondetur illa dici de Filio, quatenus Pater ei communicat scientiam factivam, et expressivam Creaturarum; sicut enim, quia illam Filio communicat dicitur Pater operari per Filium; ita Filius, quia à Patre scientiam expressivam, et factivam Creaturarum accipit, dicitur Verbum expressivum, et factivum Creaturarum, non vero sic dicitur; quia ratione expressivi et factivi Creaturarum sit quid personale in Filio.

48. Hinc patet ad 3.um; dicitur enim Filius exemplar, et Idea, ad cuius similitudinem formantur quae Creantur; quia accipit à Patre rationem Ideae, et exemplaris absoluti ad cuius similitudinem res format ad extra; non autem quia ex proprietate personali hoc conveniat Filio sunt enim illa essentialia, et absoluta, sed quia formando Verbum, et omnia illi communicat, ideo Filius, qui ea accipit à Patre, idea Creaturarum dicitur, et virtute huius ad Patrem; sicut ad artificem comparatur: Hinc enim dicitur Mundum Creasse

per



per Filium, quatenus Filius Mundum creat per potentiam acceptam à Patre, ideam, et inclinationem; vel sic dicuntur de Filio per appropriationem ut dictum est, non vero per proprietatem.

Argumentis à Ratione formatis occurritur.

49. Terminare naturam humanam convenit tribus Divinis personis ratione alicuius predicati communis illis; et tamen Filius habet terminare naturam humanam formaliter, et non Pater, nec Spiritus Sanctus: ergo stat bene, quod creare sit commune Trinitati, et tum quod aliquem effectum producat Pater, quem non producat necessario Filius. Probatur maior; nam in sententia Divi Thomae omnes tres Divinae Personae possunt terminare eamdem numero naturam; hoc autem non est possibile, nisi terminare naturam conveniret eis medio aliquo predicato communi omnibus illis: ergo. Probatur minor; nam quae conveniunt Personis Divinis ratione alicuius predicati particularis, et relativi sic habet convenire eis, sicut et ipsum predicatum relativum: At hoc sic convenit uni, quod non aliis: ergo si terminare eamdem numero naturam potest convenire tribus, hoc eis convenit ratione alicuius predicati absoluti.

50. Et urgetur amplius: Paternitas, filiatio, et spiratio conveniunt in hoc, quod est terminare naturam Divinam, sicut quia predicatum, sic est necessario omnibus illis in divisum, quod non possit una personalitas naturam Divinam terminare, quin omnes tres simul eam terminent; et tamen alium effectum terminationis dat naturae Paternitas, quem non dat filiatio, neque spiratio: ergo bene potest intelligi, quod creare sit commune tribus, sic quod

nece

3

necessarium sit, quod si una persona creat, omnes tres creent, et tamen aliquem effectum sibi peculiarem producat Pater, quod nec Filius, nec Spiritus Sanctus producant.

51. Ad hoc argumentum respondetur distinguendo maiorem: terminare formaliter naturam humanam convenit ratione alicuius praedicati communis Divinis Personis communitate multiplicationis concedo maiorem; communis communitate indivisa in illis, nego maiorem; itaque praedicata communia tribus Divinis Personis sunt in duplici differentia; alia sunt communia, sic quod in illis sunt indivisa absolute praedicata, quae omni sui multiplicatione exclusa habent tribus convenire personis; alia sunt praedicata communia communitate multiplicationis, et haec sunt praedicata relativa, in quibus relationes conveniunt, et quae iuxta pluralitatem relationis multiplicantur in Personis Divinis v.g. reddere naturam Divinam incommunicabilem est praedicatum commune tribus personis; sed est talis qualitatis, et conditionis, quod multiplicatur iuxta pluralitatem relationum. Inter haec duo genera praedicatorum hoc adest discrimen; quod praedicata primi generis cum omnino sint indivisa in tribus Personis, non possunt aliquem effectum habere in una Persona, qui non habeat in tribus; quia sicut in esse sunt indivisa in personis, sic et in operari pariter sunt indivisa. Virtus ergo creativa, cum sit communis tribus personis sola communitate indivisionis, quia absolutum praedicatum est, fit inde, quod creare, quod esset proprius actus, sic sit indivisum, quod non possit convenire uni, quin et omnibus conveniat. Terminare autem naturam humanam ad extra commune est tribus Personis non communicabilitate indivisionis, sed multiplicationis in illis, unde potest de facto convenire uni et non aliis personis; quia cum tale praedicatum in unaquaque persona sit indivisum, potest in genere causae formalis ad extra exerceri ab una persona, et non ab aliis.

52. Ad confirmationem dico, quod terminare naturam Divinam non est praedicatum indivisum, nam est praedicatum res-

Velatarum, Multiplicatum iuxta pluralitatem Diuinarum personarum, necessario tamen conuenit tribus personis terminare Naturam Diuinam sic quod si Una terminet, necesse est omnes terminare, non quia ratio terminandi Una indiuisa sit in tribus; sed ob summam identitatem, quam omnes tres Personæ habent cum Essentia Diuina; cum ergo ratio terminandi sit in filio diuersa Patre, et Spiritusancto, necesse est, quod etsi omnes terminant eamdem Diuinam Naturam, alium tamen effectum formalem det illi Paternitas ab eo, quem illi dat filiatio, et Spiratio passiua, Cuius oppositum inuenimus in Virtute Creatiua, quæ quidem cum omnino indiuisa sit in tribus personis, necesse est, quod tres ratione Unius omnino indiuisæ Virtutis agant, ac per consequens est necesse, quod eumdem effectum, quem ad extra Una producit, omnes tres producant.

53. Sed instas: Esto illa Virtus Creatiua absoluta sit, et omnino indiuisibilis, aut indiuisa, tamen illa, ut a Patre participata potest producere aliquem effectum, quem non producit, ut participata a filio: ergo solutio nulla. Probatur antecedens; etenim existentia Dei absoluta est et omnino indiuisa in tribus personis et tamen, ut participata a filio facit existere humanitatem Christi, quam non facit existere ut a Patre participatam: ergo licet Virtus Creatiua &c. Probatur Minor; nam in sententia D. Thomæ humanitas non existit existentia Creata, sed increata, quæ est absoluta; nec tamen tres omnes Personæ reddunt humanitatem existentem, sed tantum persona filij illam existere facit.

54. Respondetur negando antecedens; ad probationem concessis præmissis negatur consequentia. Etenim existentia, quamuis absoluta, et indiuisa non communicatur humanitati, nisi media subsistentia Verbi, cum de fide sit Unionem hypostaticam solum esse factam in filio; Unde sicut solus filius humanitatem facit subsistere, ita solus filius eam facit existere. Virtus autem Creatiua, et alia Creatiua communicatur tribus personis media natura Diuina, quæ similiter est communis tribus;

Unde

Unde nequit sabere aliquem effectum in Una persona Diuina, quem non sabeat in omni alia.

55. 2º. arguitur; Non minus imitatur relatio Creata relationem Diuinam, nec minus cum illa conuenit, quam sapientia Creata sapientia Diuina; sed ob illam imitationem sapientia Creata exemplariter causatur a sapientia Diuina: ergo relatio Creata saltem exemplariter causatur a relatione Diuina.

56. Confirmatur; Nam Diuina bonitas non est Deo principium effectivum agendi, et tamen est exemplar bonitatis Creatae; ergo quamuis proprietates personales non sint Deo principium agendi poterunt esse exemplar perfectionum Creaturarum.

57. Respondetur negando maiorem; imitatio namque perfectionis Creatae ad increatam non est secundum conuenientiam formalem, sed eminentialem; Unde, Diuina essentia, ut continens eminenter hominem est Idea hominis, et sic de aliis Creaturis; relatio autem, cum ratione illius, quod addit ad essentiam, perfectionem non dicat, non continet eminenter relationem Creatam; ac proinde licet se cum illa non minus conueniat logice in ratione relationis, quam sapientia Creata cum increata ratione sapientiae; non tamen inde infertur relationem Creatam ita imitari Diuinam, et exemplariter ab illa causari, sicut Creata sapientia imitatur increatam, et exemplatur ab illa.

58. Ad Confirmationem respondetur veram esse maiorem de principio radicali, et proximo effectiuo executiuo; falsam autem de principio effectiuo exemplari; exemplar namque, seu ideam efficienter ad artificialem concurrere est sententia communis Thomistarum, Unde cum bonitas Diuina sit Idea, et exemplar bonitatis Creatae, effectiuum, et non solum formalem concursum exercet: = Vel aliter

Resp

respondetur negando minorem; Tota enim essentia prout ab attributis distincta Idea est creaturarum.

59. Et si instes, esse sententiam probabilem tribuentem relationibus perfectionem distinctam à perfectione essentiæ: ergo saltem in sententia ista potest relatio creata contineri in Diuina personalitate, et consequenter ab illa causari. Respondeo in sententiam istam, cum perfectionem additam ad essentiam esse relativam concedatur quæ nullius est activitatis, inde fit, quod et nullius sit continentiæ alicuius perfectionis.

Ad hoc distinguo maiorem principium quo ista distinctio debet esse essentialis id est [illegible] dicitur essentialis id est [illegible] nego. ad salvandam distinctionem in principio solum requiritur, quod ea ratione qua est principium distinguatur [illegible] ergo relatio Patris [illegible] ratione [illegible] non [illegible] principium

[illegible]

sed non paternitatis, inde e quod non requirit distinctionem essentialem et argumentum solum videtur esse contra ... nam per se distinguunt realiter per illa quod distinctio, sed non distinctio essentialis, quod vel non distinguitur realiter a filio vel non requirit distinctionem essentialem, et non est quod peculiariter ... in quo ubi non datur relatio productiva, productum non datur distinctio, sed de ... non est relatio productiva, nec productiva: ergo individua non requirit distinctionem essentialem. ... quidditativa relationis,

Arguitur, eo ipso, quod relatio sit prius quo productivum eadem intellectio est prius quo communicativum ... relatio ad absolutam probatur antecedens, nam eo ipso intellectio est prius ... productivum relationis identificatur cum absoluto, potentiis [illegible] cum absoluto ... iungi per identitatem; talis enim relatio est prius quo productivum, ... prius communicativum absoluti: ergo eo ipso, quod relatio est ... probatur minor, quia prius productivum tamen potentiis coniungi cum alio est prius communicativum alius: ... non est ... communicativum ... in tali producto, quod est prius productivum ... potentiis coniungi ... cum ... productivum relationis individuis est prius tamen potentiis coniunctis cum absoluto siquidem per ipsum identificatur cum absoluto: ergo eo ipso relatio est prius communicativum absoluti

Ad ... ex dictis ... antecedens, ... concessa maiori ... minorem, ad probationem distinguo maiorem, prius tamen potentiis coniungi cum alio est prius communicativum alius ... et identitate ... nego cum ... in ... producto ... communicativum debet relinquere ... per se ... prius communicativum formaliter ..., cum ergo hoc non possit esse relatio, quia solum absoluta ... quod communicat formaliter per identitatem filio, relatio vero non communicat, ...

Argum[entu]m multo clarius inde est, quod involvit implicationem in terminis contra-
dictoriis de quo hic loquimur; exemplum vero non est ad rem, quia ibi est
non contradictio ab hoc ~~[illegible]~~ in eo producto a natura, cum non requi-
reret in hoc alterum producere, sed potius producendo alterum per creationem
sed ad summum per accidens, quod non sufficit ad rem [illegible] [illegible] [illegible]

V.3 [utrum] trinitas Personarum requiratur ad productionem Creaturarum. lib. 1° dist. 29. 2° lib. d. 1. 13 15 16. li. 3° d. 1ª etc.

Supp° 1° in Deo dari virg. et realis pot. activa productiva creaturarum, que communissime pot. e, ut videtur ex 2 pas. 1° ex 2° Paralipomenon: Dne Deus in manu tua e fortitudo et pot. nec quisquam potest tibi resistere. 2° ex illo Luc. 1°, q. fecit mihi magna, qui potens e: quarum pater ex ratione, q pot. seu virtus productiva creaturarum vere e perfectio nulla involvens imperfectionem, que nature tribuenda e Deo, sic qqd perfectionis dicit, nulla admixta imperfectione Deo debetur ratione sue infinite perfectionis, unde cum nulla ex cap. ostendi possit, q virtus productiva ad extra nullam dicat imperfectionem, tradendi debet nature in Deo vera pot. seu virtus productiva ad extra absque ei auspicia, l formaliter imperfectionis.

Supp° 2° hoc nomen trinitas non significare delatos personarum ut voluit Ricardus supra Mag. dist 24: art 3, q 1, sed potius significare numerum personarum ad invicem relatarum, ut sententia videtur S. Thom. in 1ª p. q 31. art 1 ad 1m, Alexander 1 p. q 66. art 3. dicens q trinitas dicitur relativa, quoniam ad aliquos tres extra se referatur, sed quoniam includit in se tres, quorum unusquisque refertur ad alium; idem erg ex Hugone Victorino tractu 1, cap 9° eruditionis theologice, ubi inquit: trinitas non e nomen substantiale, sed pluralitatis designat personarum; et ideo Quinti, et non singulare dicitur de personis hoc etiam sententia videtur Praeter Mag. in 1° dist 22. cap. praeterea

His breviter praenotatis in hoc perdifficili puncto, celeberrimo inter Theologica triplex invenitur sententia: 1ª fuit Henrici de Gandavo colibeto 6, tota q. 2 qui personas 2ª parte summe art 53: q 3 corpore) asserentis in sola

4 passionis

processiones Divinarum personarum esse cum productione creaturarum, sine qua non producerentur: etiam intellectione Dei mere essentiali ordinati ad producendas creaturas, non ut ipse ait est notitia simplex, et tantum speculativa; At ea notitia producta per actum dicitur declarativa, dispositiva, ordinativa ad opus, ac proinde practica. Haec autem notitia est Verbum. Eodem modo servata proportione ratiocinatur de duplici amore, altero simplici, et altero notionali, et producto, quem esse dispositivum et ordinativum rerum producendarum, et practicum. Notat autem praedicto intellectione producto, et practico simul cum praedicto amore producto esse principium formale producendi creaturas.

Haec sententia temeraria est et parum in fide tuta; a multis autem appellatur erronea. Videri potest Molina 1 p. q. 45: art. 6 inter medium et finem et Valentia 1 p. q. 2 de product. rerum punct. 3 post med. Ideoque reiicio 1.° hanc opinionem, quoniam practica cognitio, ars, et idea, quatenus sunt practicae, et principia operandi sunt sic formaliter non dicunt relationem originis: ergo sunt perfectiones essentiales, et communes tribus personis. Similiter amor prout est practice impulsivus, et applicativus ad opus, erit essentialis, et communis tribus personis. Ita est. Consequentia probatur quoniam in Deo omnia sunt unum, et essentiale communi tribus personis, ubi non obviat oppositio relativa originis, ut probatum est disput. 9: sect 5, et disput 87: sect 2, et sequentibus.

Insurgo 2.° contra hanc sententiam: quoniam ex illa sequitur Spiritum Sanctum non producere creaturas, nec esse principium illarum immediatum; sed hoc dicere haereticum est: ergo. Probo sequelam, quia Spiritus Sanctus nec est Verbum, nec producit Verbum: ergo nec est notitia practica, et ars, sive idea, nec producit notitiam practicam, et artem, sive ideam, ac proinde non habet unum ex requisitis, sine quibus non possunt creaturae produci, videlicet practicam cognitionem, artem, et ideam. Confirmo 1.° quoniam Patres, et Scholastici docent tres Divinas Personas aequaliter, et eadem operatione concurrere ut sint unum principium creaturarum, ita ut in divinitate sint omnia opera Trinitatis. Confirmatur 2.° quoniam integra potentia creandi concluditur in omnipotentia: Atqui integra potentia creandi continet in se practicam

cognitionem

cognitionem, artem et ideam, ac amorem impulsivum, et applicativum ad opus. Quapropter opposita non esse attributum essentiale, et absolutum: sed non est intentio essentialis, et absolutum, practica cognitio, ars et idea, neque amor prout est applicativus ad opus.

Confirmatur 3.º quoniam ex eadem sententia sequitur Patrem non esse practice sapientem, nisi per practicam sapientiam genitam, hoc autem est contra theologicam, et doctrinam Augustini receptam ab omnibus scholasticis, et D. Athanasium, qui oratione 3.ª contra Arianos sic habet: Sapientia Patris est Filius nostra, et in hoc, ubi sapientia homo fit sapiens: et ex sapiente sapientia vita ortum trahit. Nuncius est D. Epiphanius heresi 67 in medio, ubi de Filio sic loquitur: vita ex vita, lumen ex lumine, sapientia ex sapiente. Unde praedictus Author his ex reputationibus rationibus convictus tandem sententiam revocavit in Summ: art 54. q. 6. in solutione ad 1.um argumentum, et art 60. q. 6. ad 2.um, ubi docuit, quod tres Personae creant prout sunt omnino unum, ita ut non requiratur earum distinctio, sicut requiritur distinctio Patris ad spirandum.

2.ª Sententia simpliciter et absolute docet pluralitatem personarum non esse a se requisitam ad productionem creaturarum: ideo potuisse eodem modo potuisse Patrem solo absque Filio, et Spiritu Sancto creaturas per se producere: sicut et potuisset, si Deus esset unica tantum persona, ut arbitrabantur Ethnici. nam necessitas ducendi tres personas oritur tantum ex inseparabili concomitantia personarum, non ex quidditate causalitatis, quae postulet distinctas personas, ita Scotus cont. lib. 8: art 1.º prope finem: Belar, lib 2 de Christo: cap 27 prope finem ad ...... contra Gentiles. Suarez lib 1 de trinitate. cap 11. Vasquez 1 p. disp. 159 num. 5. Molina 1 p. q 45. art 6. Lorinus in Psal. 32 versiculo 6 ad illud: verbo Domini caeli firmati sunt. Cuius dum sententiae videtur esse Caietanus 1 p. q 45. Capreolus 1.º dist 1.ª q 3

fundatum praecipuum horum Doctorum diximus in praedictis disputationibus contra Henricum de Gandavo, nam ea toto explodunt postquam posteriorem eius partem falsam esse ostendunt.

3.ª Sententia

3.ª Sta. defendit personam Verbi, et Spus. Sti. per se requisitam esse, ut Pater Eternus operetur, ita, ut sine illis non possit Pater ad extra producere et operari, proindeque ad 2.am partem huius dissertationis deveniendo dico trinitatem personarum per se requiri in Deo ad extra operandum, ac proinde pot. divinam p. divinas personalitates ad operandum requiri. Pro quo antequam ad probationem accedam, p. huius clarioris declaratione distinguenda sunt plura, quae in praesenti difficultate involvuntur, et ambigua reddunt aliquorum Authorum divisiones. Primo divinas processiones esse causam exemplarem processionis creaturarum, tanquam aliquid primum et perfectissimum in genere processionis, quod est mensura exterioris sui generis, at cum imminente disparitate reddita, eo enim quod processio Verbi est peculiariter causa exemplaris naturae processionis intellectualis, et processio Spus. Sti. peculiariter est exemplaris causa quarumlibet processionum emanantium p. voluntatem.

Tertio

persona Verbi, nec persona Spus. Sti. potest esse ratio formalis, qua Deus, aut Pater formaliter constituatur in esse potentis creare, seu facere aliquid ad extra: nec constituit in actu actualiter creantis, seu producentis creaturas. Ratio est quia in Deo notionalis actus, nec scientia practica, quae sit propria et personalis quidditas Verbi, quae non sit etiam communis Patri, et Spui. Sto. Similiter nullus est amor personalis et proprius Spus. Sti., qui sit quasi practicus, et applicativus ad opus, et non sit communis Patri, et Filio, ut supra diximus Disertatione

Deinde non est in Deo notionalis actus, nec scientia practica, quae sit propria, et personalis quidditas Verbi, et communis Patri, et Spui. Sto. Sta. Similiter nullus est amor personalis, et proprius Spus. Sti., qui sit quasi practicus, et applicativus ad opus, ut non sit communis Patri, et Filio, quidquid adversus praedictos Authores diximus. Ratio quia quaelibet trium Personarum habet totalem pot. et sufficientem ad creandum, atque immediate creat, nec una persona creat

mediante

mediante alia, nec una hac diversa causalitate, nec alia omne creare, nec alia actione, nec in aliud principio: sed ex persona aequaliter eadem actione, eodem modo, et causalitate, tanquam unus principium concurrunt ad creandum, et quamlibet operationem transeuntem.

Ultimo repiter spectat, ut ad creandum, et quamlibet operationem transeuntem non aliter sit requisita persona Verbi, et Spiritus Sancti, prout Verbum est, nisi quatenus eius personalis quidditas trahat illectionem. Unde fit ut Pater sine Verbo non possit esse loquens, nec possit dicere, vel mandare, ut res fiant: imo nec ipsa illectio possit existere sine suo termino interno. Eadem propositione cernuata non aliter Spiritus Sancti persona requisita ad quamlibet operationem transeuntem, nisi quatenus ex sua quidditate personali sic trahat Divinus amor, ut Deus spirator non possit esse complete, ac perfecte Donator respectu creaturarum, nisi producendo Spiritum Sanctum, qui est personaliter donum: imo nec amor ipse possit existere, si careat interno termino qui est Spiritus Sanctus, ut ex dictis constabit

Hoc sensu veniunt intelligendi Doctores, qui sobrie sentiunt, et docent Verbum, et Spiritum Sanctum esse per se requisitos ad productionem creaturarum, ita ut Pater absque illis non posset producere. Haec fuit mens satis expressa D. Thomae opusculo contra errores Graecorum cap. , et 1 p: q 33: art 3 ad 1um, et q 45. art 6, et 4 contra gentes cap 13, et alijs in locis. Eadem sententia colligitur ex S. Bonaventura 1 dist 6. art 1. q 3, ubi citat in eandem sententiam Alexandrum: Alexander 1 p. q 62. membro 1. art 3, et 4. Albertus 1 p: q 35. membro 3. art 2 ad finem. Scotus expresse dictam sententiam docuit 2 Sententiarum: dist 1 tota q 1, praesertim § ad q 3; ut a Capreolo, et alijs refertur, quamvis contrarie sententiae fuerit, verum ille non refutat nisi sententiam Henrici, ut ergo a nobis est impugnata: hanc sententiam per illustrant et quamplurimi DD. videndi apud doctissimum Ruiz de Montoia t. de trinitate, disp 111.

Colligitur autem efficacia illationis haec nostra sententia ex Sacris litteris, et Patribus, ex unus a, et fortasse praestantissimus

fundus

fuerit, oportet quod Spiritus Sanctus inspirauit illud exordium Euangelium: In principio erat Verbum: id fuit, ut ostenderet filium esse Creatorem, facta mirabili consonantia, et consensu inter initium utriusque testamenti. Nam verbum in exordio multoties repetit: dixit Deus: fiat. Nobis apertum fatetur in principio fuisse Verbum, ut subiungat omnia per ipsum esse facta, nimirum quatenus Deus Verbo dixit, et facta sunt: mandauit, et creata sunt, namque Verbo Domini caeli firmati sunt, et Spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Ps. 32, sed haec omnia inducere uidentur uirtutem effectricem creaturarum in Verbo et in Spiritu Sancto: quod Verbum, et Spiritus Sanctus per se naturaliter concurrunt ad productionem creaturarum, mira efficacitate: quod namque in praedicto testimonio per hoc Domini Pater intelligitur, qui per Verbum operatur; per hoc Verbo 2a persona intelligitur, per quam omnia facta sunt, per hoc a Spiritu oris eius 3a persona intelligitur, cui peculiariter appropriatur uirtus, et effectio diuinorum operum, ut testatur Augustinus, et communiter Patres, namque per operationem totius uniuersi tribuitur omnibus personis, manifestatur identitas potentiae, et diuinae naturae: quod praedictum testimonium efficaciter induxit influxum effectiuum in Sanctissima Trinitate respectu productionis creaturarum.

Probatur 2o ex Sapientiae 9 ~~ex~~ fecisti omnia Verbo tuo, ex Iudith 16o: dixisti, et facta sunt, misisti Spiritum tuum, et creata sunt. Rursum D. Petrus 2 Epist. cap. 3 ait: terra de aqua, et per aquam consistens Dei Verbo, et inferiora Verbo repositarum; sed haec omnia teruant in Trinitate Diuina uirtutis per se operatiuam creaturarum: quod Diuina Trinitas taliter naturaliter concurrit

3o probatur ex D. Augustino tractatu 1o in Ioan. post medium ita ponderat verba Moysi Genesis 1. omnia sic enumerat. Dixit Deus, fiat, et factum est. Si dixit, quis dixit? Utique Deus. Et quid factum est? Creatura aliqua. Inter dicentem Deum, et factam Creaturam, quid est, per quod factum est, nisi Verbum, quo dixit Deus; fiat, et factum est. et tractatu 2o in Ioan. parum ad medium, quam ad primum inquit, per Verbum facta sunt omnia, quod dixit, et facta sunt. per Verbum facta sunt. per Christum facta sunt, in principio enim erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, omnia per ipsum facta sunt. Si omnia per Verbum facta sunt: dixit Deus; fiat lux, et facta est lux: in Verbo fecit, per Verbum fecit; sed haec omnia arguunt uirtutis effectiuam ad extra in Trinitate: quod Trinitas personarum per se

requiritur

requiritur ad productionem creaturarum.

Ambrosius lib. de filiis Divinitate cap. 6 prope med.: Verbum, inquit, annunciatur, quod ex proprio deinceps omne processit, et nihil Pater sine eo, aut misit, aut fecit. Origines hom. 2 in variis circa illud Ioann. 1. In principio erat Verbum col. 3 quidem, inquit, per ipsum omnia facta sunt, omni eo nascente ante omnia ex Patre, omnia ex ipso, et per ipsum omnia facta sunt: neque ipsius ex Patre generatio, ipsa est causa omnium conditio, omnique quae ex causa in generatione Spiritus procedunt operatione, et effectus: Per generationem quippe de Verbi ex Deo primo facta sunt omnia. Ideo clamat ex Ps. 104: omnia in sapientia fecisti. Et post pauca subiungit: Quia itaque credere, et intelligere debemus. Pater loquente, filius genitus, et ea, quae efficiuntur per Verbum. Pater loquitur, Verbum gignitur, omnia efficiuntur. Audi Prophetam; quia ipse dixit, et facta sunt: hoc est, Verbum suum genuit, per quod facta sunt omnia, sed hic Origines necessitatem inducit ad operandum ad extra in Trinitate taliter, ut Pater nequeat operari sine filio: quia trinitas personarum per se naturaliter requiritur, ut Deus ad extra operetur producendo Creaturas.

Probatur 4° ex D. Athanasio orat. 3 contra Arrianos, ubi ostendit Patrem sine Verbo non posse creare, inquit et in hunc modum: si non sit filius, quomodo Deus creator esse dici poterit? siquidem per Verbum in sapientia omnia fiunt, sine quo nihil fieri poterit. Et versus med. eiusdem orat., sic prosequitur: Creaturas certe impossibile erat sine Verbo fieri; ut enim lux radiis suis omnia illuminat et sine eius radiis nihil illuminari queunt, ita quoque Pater veluti per manum in Verbo suo operatus est omnia, et sine illo nihil facit. Sicque hic Athanasius, ubi hic clarissime ostendit necessitatem Verbi, ut Pater operetur taliter per ipsum, ut sine ipso nihil operari possit, quod etiam probat tota orat. 2ª, 3ª, et 4ª contra Arrianos.

Probatur quinto ex D. Cyrillo lib. 1 Thesauri cap. 5, ubi ait: Clarum quod fuerit aliqua duratio, quando filius non erat, non est aliud, quam ipsum Deum dicere aliquando non fuisse creatorem; sed postea quando creatur filius. Vig sine ipso factum est nihil. Sin vos igitur, et Deus natus Deus Pater Creator est, erat ex quo Verbum, idem

filius

filius, per quem creator est. Cyrillus lib. 2 Thesauri cap. 1 inquit: non potest esse perfecta Deitas, nisi filius habeatur, et fructus ex se pariatur: nec potest esse creator Deus absque filio, per quem omnia sunt. Cyrillus lib. 10 Thesauri cap. 6 in fine ait: Unaque Patri semper filius (per quem omnia facit, per quem loquitur) illi est necessarius. Quam doctrinam frequenter inculcat idem Cyrillus in sequentibus libris, et cap. eiusdem Thesauri, quando ratione arguunt Trinitatem Deum esse per se rationem ad operandum ad extra: quod trinitas personarum per se requiritur ad producendas Creaturas.

Horum et aliorum PP. authoritatibus innitens Angelicus Doctor lib. 4 contra gentes cap. 13 post med. sic scribit: fecit Deus omnia per Verbum suum, quod est ratio rerum factarum ab ipso. Unde est, quod dicitur a Joanne: omnia per ipsum facta sunt, cui consonat quod Moyses mundi originem describens, in singulis operibus tali utitur modo loquendi: Dixit Deus: fiat lux etc. Dicere enim est verbum producere: sic quod illo modo dicendum est, quod Deus dixit, et facta sunt, quae verbo produxit, per quod res in esse produxit, sicut per artem rationes perfectas. Idemque confirmat pluribus aliis in locis: ex quibus manifeste docet Praeceptor Angelicus Trinitatem personarum per se requiri rationi ad operandum ad extra Creaturas: quod etc.

Respondent aliqui non adeo expressam esse mentem Sanctorum Patrum habitam, ut non possit extrahi ex mente ipsorum discriminatim, adducunt pluries PP. videntur asserere non esse per se requisitam personam Verbi, nec personam Spiritus Sancti ad productionem Creaturarum, sic enim Basilius lib. de Spiritu Sancto cap. 8 Paulo post med. illud Joannis 17 cap.: omnia mea tua sunt, et tua mea ostendit potentia dictum esse, quod ipsi filio a Patre tradendi Autoritas permit; non quod Pater ad operandum filii auxilio sit usus, et in eodem lib. cap. 16 inter principium et med. inquit, nec Pater imperfectam habet operationem, nec filius inconsummatam creationem, nisi ab Spiritu perficiatur. Hoc pacto nec Pater opus habebit filio, sola voluntate creans: attamen vult, et solet creare per filium; nec filius egebit auxilio secundum Patris similitudinem operans, ideo filius vult, soletque per Spiritum perficere. Ubi videtur Basilius signare liberum fuisse Patri Creaturas producere non concurrente filio, similiter liberum fuisse filio, non concurrente Spiritu Sancto, creaturas producere.

Sn

eandem doctrinam adducere conantur D. Chrysostomus tom. 3 hom. 3 Spiritu Sancto

P. 3a

Pro 2a. insurgo: nam D. Basilius, Chrisostomus, et alii pluribus alijs in locis, satis apposite docent Verbum et Spiritum Sanctum esse per se requisitos ad productionem creaturarum. Quo supposito, mens eorumdem Patrum in verbis adductis pro solutione nec dicentiat a se ipsa, et a reliquis Patribus nostram solutionem illustrantibus sic intelligenda est, ut Pater essentialiter habeat totam integram, et completam potentiam creandi et externum operandi, et totam, ac integram operationem immanentem, quae ad hoc requiritur, videlicet, intellectionem, et volitionem: ita ut Verbum, et Spiritus Sanctus non requirantur ad complendam potentiam creandi, et operandi, nec ad supplendam eius imperfectionem: sed requirantur, in quantum Verbum est terminus intrinsecus intellectionis, quo Pater constituitur formaliter dicens, et imperans: Spiritus vero Sanctus requiratur, in quantum est terminus intrinsecus volitionis, quo Pater formaliter constituitur Donator, non quidem actu, sed aptitudine: quod D. Basilius, et Chrysostomus pro nostra solutione perillustrant, quae dicta illis sunt.

Probatur 6o thesis nostra Conclusio. Pater Eternus ut opus eius perfectissime operarius debet habere Sapientiam, virtutem, et artem, ordinantem, et potentiam exequentem, tam speculativam, quam practicam: sed Sapientia, et ars summa non potest existere, nisi terminaretur Verbo producto per illam, per quod diceretur, ordinaretur, et iuberetur, quidquid Sapientia, et ars dictaret: ergo Pater Eternus non potest ad extra operari absque Verbo: probatur maior: nam maior est per se nota. Verbum dum sua quidditate personali formaliter habet, et summa perfectione divinitatis necessitudinis eius Sapientia, et arte abstracta, ideoque ipsum Verbum notionaliter dicitur ars, et Sapientia genita: ergo impossibile est Patrem Eternum operari ad extra absque Verbo: aliis multis potest corroborari, sed ex Scriptura Proverbiorum 8o. ubi dicitur: nondum erant abyssi, et ego iam concepta eram. Et rursus: ante omnes colles ego parturiebar. Et Ecclesiastici 24: ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam, quae duo testimonia de Persona Verbi, et Eterna illius generatione communiter Patres intelligunt. Secundo probatur illud: ex Julio Nicæno lib. 2. super Numero. ubi dicitur Christus est Dei virtus, et Dei Sapientia dicitur omnis sua ineffabilis dicitur, ex Deo verus Deus Verbum verbo 12. Domini Cœli firmati sunt. 3o probatur efficacissima authoritate D. Gregorii Taumaturgi, qui inquit loquendo de filio Divino

Unus

Vnus est Deus Pater Verbi viventis, sapientiae subsistentis, et potentiae, et figurae aeternae, perfectus perfecti genitor, Pater filii unigeniti. Vnus Dominus solus ex solo, Deus de Deo, figura, et imago divinitatis, Verbum efficax, Sapientia constitutionis rerum universarum comprehensiva, et potentia totius creaturae effectrix: ergo Verbum Divinum est ratio, ut Pater aeternus operetur sapientia, et arte ordinativa, et potentia exsequutiva.

Idem assumptum probatur ex D. Thom. 1. p. q. 45, art. 6 corpore, ubi praeterea inquit: Deus est causa rerum per suum intellectum, et voluntatem, sicut artifex rerum artificiatarum. Artifex autem per Verbum in intellectu conceptum, et per amorem suae voluntatis ad aliquid relatum operatur. Unde et Deus Pater operatus est creaturam per suum Verbum, quod est filius, et per suum amorem, qui est Spiritus Sanctus, et secundum hoc processiones personarum sunt rationes productionis creaturarum, in quantum includunt essentialia attributa, quae sunt scientia, et voluntas. Ubi licet recurrat ad attributa essentialia, minime negat, sed potius explicat et confirmat per se requisitum esse personam Verbi, quatenus sine illa non posset existere scientia, seu existeret muta, et impotens imperandi, et per se requisitum esse Personam Spiritus Sancti pro ratione amoris proportionati Verbo.

Quod autem in processionibus Divinis non sit sola causalitas exemplaris, nec appropriatio sola, magis aperte declaravit 1. Sent. dist. 32 q. 1 art. 3 corpore, ubi praeter communem efficientiam Trinitatis distinguit peculiarem rationem in efficientia, non quidem ex parte efficientis, sed ex parte effectorum: secundum quam proprie Verbum sit ratio creaturarum, quatenus exeunt a Deo per Verbum, et artem; Spiritus Sanctus habeat etiam peculiarem rationem efficientis, prout creaturae exeunt a Deo per libertatem voluntatis, atque deinde colligit non efficientiam propriam, sed rationem efficientis ex parte creaturarum denotari, quando dicitur: Pater et filius creaverunt, diligunt Spiritu Sancto: ergo ex mente Praeceptoris Angelici Verbum divinum est sapientia, et ars ordinans productionis creaturarum.

Confirmatur: quia nullus artifex potest opus artificiosum efficere, nisi dirigatur praeconcepta idea, et imagine operis, quae sit exemplaris causa et ratio rei faciendae: ergo Pater aeternus, cum sit perfectissimus agens in linea operativa, nequit operari absque imagine, idea, seu exemplari causa operis. Sed fecunditas imaginis, exemplaris, ideae, ac rationis, quamvis alta sit, peculiari titulo secundum suam explicitationem ubique continetur in personali proprietate

Verbi, et

Vbi, et p illg scanata, ut qulibet Patris operatio dirigi n possit sine Verbo: Vbi Divini tanquam idea imago, et exeplar requisita ad productione Creaturae: maior huius discursus manifesta fit a D. Basilio lib 5 contra Eunomium Sect 6, ubi inquit: omnis imago, quae creata, a primitivo ad materiam transmutata, similitudine capit, et Characterem participat per artificis mentis, et manus conformationem: sic Pictor, sic lapidis Sculptor, qui aureq, aut aereq statuas fingit, materiam capit, in exeplar aspicit, recipit rei, quam speculatus est, formam, hanc in materiam impressit, et postea Concludit: quomodo ad similitudine Dei creatura ascendere, nisi divino Characteri participaret! Divinus vero Character invenitur, et vera eius imago, imaginis effigies Verbi Xpsti Domini: ergo sine Verbo divino est impossibilis qulibet operatio ad extra.

Ccundo Spiritus

Sancti peculiariter pro nostra clo: neque sine Spiritu Sancto qulibet productio creaturae est impossibilis non minus quam sine Verbo: ergo Spiritus Sancti per se requiritur in Deo ad operandum ad extra. probo ant ex manifesto testimonio Basilii lib 5 contra Eunomium prope med, ubi inquit. Qui filium tollit, his creationem omnis prius abstulit, prius non est subsistere omnis Dei Verbum, per quem omnia facta sunt. Qui Spiritum aufert, perfectionem eorum, quae sunt, abscindit, neque quae fiunt, emissione, et participatione Spiritus fiunt. Quid Clarius, et expressius testimonium excogitari potest ad probandam necessitatem Spiritus Sancti in operatione Dei ad extra: ergo Spiritus Sancti sic Deuxxit.

Probatur 2ª quia sine virtute operativa nemo potest operari: sed Spiritus Sanctus est virtus operativa Patris, et filii: ergo sine Spiritu Sancto Pater, et filius non poterit operari: minor probatur. Spiritus Sanctus, quamvis non sit virtus, per quam fraoliter constituatur Pater, aut filius potentia (neque hoc fraoliter tribuitur ipsis per absolutam et essentialem potentiam) attamen Spiritus Sanctus ex sua proprietate personali terminativa et Subsistentia facit fraolissime volitionem, per quam absoluta potentia aplicatur ad opus: igitur Spiritus Sanctus est virtus, sine qua Pater, et filius operari non possunt. Totus hic discursus deducitur ex D. Cyrillo lib 3 thesauri cap 2, ubi intendit signare non minus per se requiritur esse Spiritum Sanctum, ut Pater, et filius operentur ad extra, quam in creaturis qualitas, quae est virtus activa requisita, ut operetur causa principalis. Eodem sensu D. Damascenus Epist de trisagio pag 4 appellat Verbum, et Spiritum Sanctum virtutes Subsistentes propter notionales ordine transcendentales ad

creaturas

creatarum productionem, quae peculiarius sunt personarum Verbi, et Spiritus Sancti.

3° quoniam Spiritus Sancti persona sicut non est in substantia Dei inferior Patre, et Filio, sic nec est inferior in cooperatione ad producendam creaturam; et huius cooperationis aequalitatem Scripturae et Patres significant, quotiens eodem modo de Spiritu Sancto loquuntur de operatione creaturarum, sicut loquuntur de Verbo, et de Patre. Quod sine Spiritu Sancto fieri est impossibilis quaelibet operatio Dei ad extra; neque sequitur ex a nobis dictis Verbi cooperationem ita esse necessariam, ut sine illa Pater non potuerit operari, cetera est, ut non minus necessaria sit cooperatio Spiritus Sancti ad omnes effectus ad extra operabiles. Nam primo Ps 32. Verbo Domini caeli firmati sunt, et Spiritus oris eius omnis virtus eorum. Ps 103 emitte Spiritum tuum, et creabuntur. Job 33. Spiritus Dei fecit me. Sapientiae 1°. Spiritus Domini replevit orbem terrarum. Joannis 3°, nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu Sancto, propter quae Scripturae testimonia Patres absque discrimine, vel ulla inaequalitate productionem creaturarum adscribunt Spiritui Sancto non minus quam Filio, et Patri, ut videre licet in Basilio Niceno lib. 2 toto cap. in lib. 606. Marianus orat. 44 in Sanctam Pentecosten inter med. et fin: *Hic Spiritus* inquit, et cum Filio rerum creationem et resurrectionem fabricatur quemadmodum hic Scripturae locus comprobatur. Profert enim ea, quae nuper adduximus ex Ps 32, et 103, et Job 33, et Joan 3.

Probatur 4° nam Patres ad significandam cooperationem Filii, et Spiritus Sancti ad omnes ad extra Dei effectus, utuntur metaphora Brachii, manus, ac digitorum: quo quidem indicant Filium et Spiritum Sanctum indivisibiliter cum Patre concurrere ad productionem creaturarum: atque ideo nam Filius in Scriptura Sancta vocari dextera Dei, et Spiritus Sanctus manus, et Brachium appellari propter supradictam cooperationem fuse docet Nicena Synodus lib. 2 § in lib. 606, et sequenti § *Sufficiunt*, ubi inquit: Pater veluti per manum in Verbo suo operatus est omnia, et Isaiae 66. manus mea fecit haec omnia, et D. Athanasius supra Ps 73 contra Arrianos inquit *loquendo de Filio suo*, in hunc modum, *ut quid avertis manum tuam, et dexteram tuam de medio sinu tuo in finem*, id est, unigenitum Dei, qui est in sinu Patris.

Idem docet Cyrillus Alexandrinus lib. 1. thesauri cap. 1 inter primum, et med., inquit, quemadmodum sol numquam sine splendore, ac luce sua lucere potuerit: sic nihil umquam operabitur Pater nisi per Verbum suum: omnia enim per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil: ideo, et dextera, et brachium Dei nominatur quia quasi per manum omnia Deus per ipsum operatur. Et cum dixisset antea Deum potuisse nihil creare, si voluisset. Postea inquit, cum tamen

creare

creare Deus voluerit, et verbum ratio creabit.

Quod autem per manus, et digitos intelligatur

Spiritus Sanctus, docet expresse D. Ambros. lib. 3 de Spiritu Sancto cap. 2, 3, et 6, ubi docet filium Dei appellari dexteram, Spiritum vero Sanctum Dei digitum, ad explandam unitatem omnimodam divinitatis, et simul operationis. Deinde eodem lib. 3 cap. 18 non longe a principio probat Spiritum Sanctum esse manus Patris, et filii; quia Joan. 10 de iisdem electis, de quibus ait: nemo potest rapere de manu Patris mei. Dicit etiam: non rapiet eas quisquam de manu mea. Rursus Isidorus lib. 7 Ethymolog. cap. 2 circa medium ait de filio: manus Dei est, quia omnia per ipsum facta sunt. Brachium, quia ab ipso omnia continentur. Et sequenti cap. post medium loquendo de Spiritu Sancto ait: Spiritus Sanctus ideo digitus Dei dicitur, ut eius operatoria virtus cum Patre, et filio significetur. Alia similia verba affert lib. de differentiis spiritualibus.

Respondent

DD. 4 Oppositum, quod Pater Eternus esset imperfectus, si indigeret concursu filii, et Spiritus Sancti, neque mendicaret creandi virtutem a filio, et Spiritu Sancto, si non potuisset creare sine illis: quoniam trinitas personarum non est requisita ad productionem creaturarum; Probatur quia insurgo, et evidenter ostendo non esse imperfectionem, et indigentiam, verum eximiam perfectionem Patris non posse creare nisi per filium, et in Spiritu Sancto. Primo, quia Pater Eternus solus sine Verbo non potest producere Spiritum Sanctum; sed hoc non arguit imperfectionem, sed summam perfectionem: ergo a fortiori nullam imperfectionem erit tribus Personarum concatenatio ratione cuius, una non possit creare producere sine altera. Secundo ostendo, quia de fide est nihil filium posse creare sine Patre iuxta illud Joan. 5: non potest filius a se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem. Nec minus de fide est nullam esse imperfectionem, et indigentiam in filio: ergo similiter nulla sequitur imperfectio aut indigentia in Patre, ex eo, quod nunquam operetur ad extra sine filio, et Spiritu Sancto.

Insurgo

3º contra solutionem: quia non est imperfectio, sed eximia perfectio supremi dominii per illicitum, et voluntatis exercitii, quod Deus non possit creare, nisi libere decernat creare, quo decreto moventi dicat, et imperet rebus, ut fiant. Sed dicere, et imperare est impossibile sine Verbo; et liberum decretum creandi non est possibile, nisi Spiritus Sanctus sit terminus internus divinae volitionis, ergo donum, ratione cuius omnia donantur: ergo rursus prima persona non esset Pater, si ei defuisset ille filius, et consequenter nec esset talis persona, sed nulla

persona

persona, l alia. Quare sicut in quantum Deus esset imperfectus Pater, et subinde non esset Deus, si defuissent illi Verbum, et Spiritus Sanctus, et nihilominus inde non colligitur, Patrem nunc de facto esse imperfectum, et indigentem: ergo licet Pater non possit creare sine Filio, et Spiritu Sancto; non colligitur inde Patrem esse imperfectum, aut indigentem in ratione Creatoris. Locutio enim est a maiori ad minus. Magis enim videbatur imperfectionem, et indigentiam arguere, quod requiratur ad personalem subsistentiam, et ad essentiam divinitatis, quam quod requiratur ad transeuntem operationem creandi.

Ostendo 4° veritatem 2ae solutionis: nam 2a Ita plus nimio timeret indigentiam, et defectum perfectionis in Patre: magis, et vehementius inconveniens incurrit superfluitatem duarum personarum. Sic enim Patrem constituit integrum Creatorem, ut nullius utilitatis sit superaddi Filium, et Spiritum Sanctum, sine quorum concursu nec minus perfecte, nec minus integre crearentur omnia; sed haec superfluitas sive ablatio necessitatis duarum personarum maiori contumelia afficeret sine dubio Filium et Spiritum Sanctum, quam Patri posset afferre perfectionem, ex eo, quod Pater posset sine illis omne producibile terminare ad extra: ergo potius esset indigentiae et imperfectionis Patrem constituere potentem operari ad extra sine Filio, et Spiritu Sancto, quam illos constituere summa cum perfectione indivisibiliter cum utraque persona producta ad extra ad productionem creaturarum concurrere.

Alii respondent ad producendas creaturas sufficere in Deo divinam sapientiam dirigentem, et divinam volitionem, sive amorem impellentem, seu libere determinantem, nec non omnipotentiam exsequentem: sed ista omnia perfecte conveniunt Patri prius ratione, ac origine, quam generet Filium, et spiret Spiritum Sanctum: ergo quamvis Deus esset unica tantum persona, posset producere omnes effectus ad extra producibiles; Contra hanc insurgunt: nam licet verum sit, quod potentia creativa sive productiva cunctorum rei conveniat Patri ex se primo, et radicaliter, quia

4 est Deus infinitae sapientiae, et infiniti amoris, attamen Filius ratione requiritur ad applicandam potentiam dicto, et imperando, quoniam est Verbum, quod quodammodo simile est conditioni sine qua non: sicut enim non obstante intra potentiam causae creatae, sed contingit totam potentiam integram, et perfectam in causa retineri, deficiente conditione sine qua non. Sic intelligendum est de Spiritu Sancto, qui potentiam creativam Dei ad operandum applicat determinando per liberum amorem in facto esse

productus

producti, hec fuit mens Sancti Thome in 1 dist 32 q. 1, art 3, ubi dixit: Verbi esse rationem efficientis ex parte effectorum, non ex parte efficientis, unde inferetur, quod sapientia divina non posset existere, nisi subsisteret in Verbo tanquam in termino producto per ipsam: nec divinus amor posset existere, nisi subsisteret in Spiritu Sancto tanquam in termino producto per ipsum.

Alii respondent, quod non est maius producere creaturas, quam producere personam increatam, et consubstantialem Patri: cum quo sola persona Patris absque filio, et Spiritu Sancto habeat totalem vim, et potentiam producendi filium increatum, et consubstantialem; inde inferetur solam personam Patris absque filio, et Spiritu Sancto habere totalem vim, et potentiam producendi creaturas;

Sed contra est: quia licet maius sit magis esse producere personam increatam, et consubstantialem Patri, quam producere creaturas, et quamvis Pater se solo producat filium divinum, ex hoc non sequitur posse se solo Patrem producere creaturas. Discrimen autem manifestum est, quia imperfectio creaturarum causa est propter quam potuerint non existere, sintque subiectae liberrimo dominio divinae voluntatis, ut eas non producat, si vellet. Unde provenit, quod creaturae non possunt produci, nisi concurrente Verbo dicentis, et imperantis, ut fiant, et concurrente gratuito dono, quod est Spiritus Sanctus, ratione cuius liberè donantur, quaecumque perfectiones creaturis communicantur; At est Deus Verbum divinum a Patre producitur naturali necessitate, ideoque non indiget gratuito dono, nec electione libera, nec indiget imperio dicentis; eadem proportionaliter est ratio, propter quam Spiritus Sanctus naturali necessitate procedens per amorem Dei naturalem non indigeat liberali, et gratuito dono, nec imperio dicentis, ut producatur.

Adhuc subtiliter conantur a difficultate se expedire Conantes: dicunt enim in divinis essentialia priora esse notionalibus, unde cum esse creatibus in Deo sit perfectio essentialis sequitur prius esse personis, et proprietatibus notionalibus, unde inferetur, quod creatio non requirat per se procedere a distinctis personis; sed solus Pater absque aliis personis creare possit; alioquin potentia creandi penderet, ac naturaliter praesupponeret pluralitatem personarum, et ea ratione potentia creandi foret posterior notionalibus processionibus

et

et proprietatibus.

Hanc solutionem tetigit Doctor Angelicus q 33: art 3 ad 1m, ubi ait: Omnia, quae important respectum ad creaturam per posterius dicuntur, quam propria, quae important respectum personalem: quia persona procedens in divinis, procedit ut principium productionis creaturae. Sicut enim verbum conceptum ex mente artificis per prius intelligitur procedere ab artifice, quam artificiatum, quod producitur ad similitudinem verbi concepti in mente: ita per prius procedit filius a Patre, quam creatura, de qua nomen filiationis dicitur, dum quod aliquid participat de similitudine filii, vel Patris. hoc est, quod posterior creatura, quoadmodo posterior est verbo, et spiratio, quatenus illos exigit, ut applicetur ad opus, quamvis alia ratione sit prior, quatenus distinctio in essentia divinitatis. unde praedicata essentialia, et absoluta priora sunt notionalibus in subsistendi ordine: quemadmodum universalia, sive Omnia dicuntur esse priora particularibus. Porro alio genere prioritatis relativus posterioritate dicitur prioris essentialibus quibusdam praedicatis, quae nequeunt esse sine illis. Et hoc accidit, quod dicatur respectus ad creaturas, ut docet S. Thom. relatus

Ad 3m partem dicendo sic arguunt 1a nostrae conclusionis: quia si filius esset per se requisitus ad productionem creaturae, foret praerequisitus tanquam verbum ad imperandum, et gubernandum; sed non requiritur hoc modo: ergo nullo modo requiritur. minor probatur nam habet filius omnia portat verbo virtutis suae: sed filius non habet aliud verbum praeter cognitionem essentialem, et omnium: quod talis intellectio absque alio verbo personali realiter distincto, realiterque producto, satis est, ut divina persona creaturas portet, producat, dirigat, atque gubernet. Confirmatur, quia licet requiratur verbum prout verbum est, non requiritur tanquam persona subsistens, atque realiter distincta a Patre; similiterque amor non requiritur, prout est persona subsistens, atque realiter distincta: ergo pluralitas personarum non per se, sed per accidens concurrit ad productionem creaturarum.

Respondendo minorem, et ad eius probationem respondeo negando eam; quia si non daretur in Deo verbum aliquod proprie, verbumque productum per intellectionem, neque essentialis loquutio haberet proprium sibi terminum, ideoque foret diminuta, nec posset effectus sortiri praevenientes operationes. Ceterum aliquo verbo dato, quod verum et proprie fuerit productum per illectionem; non solum Pater producens illud; sed ipsum etiam verbum potest dicere, et imperare plene, atque perfecte, creaturaque potest effectus sortiri praevenientes

cientis operationis. Probatur: quia non solo Verbo Pater loquitur; sed etiam Verbis seipso loquitur, eodemque Verbo loquitur Spiritus Sanctus, totaque proinde Trinitas, ut ostendimus disput 60: sect 4, 5, et 6.

Ad confirmationem respondeo: immatam primariamque perfectionem necessitatis in eo consistit, quod Verbum, et Spiritus Sanctus requirantur ad extra operandum, quatenus terminant, et complent intellectionem, et volitionem divinam: Unde si per impossibile Verbum divinum non subsisteret quasi persona distincta realiter a persona loquente, dummodo Deus vere loqueretur, et impraesentiarum Verbo, creare potuisset (idem illiusque de volitione). Nihilominus mediatam, secundariamque perfectionem necessitatis exigit Verbum realiter distinctum, realiterque productum a persona loquente, subsistensque peculiari subsistentia propterea quod Verbum divinum per se, qua ratione Verbum divinum est, postulat esse suppositum realiter productum per intellectionem, et consequenter distinctum personaliter a supposito loquente, quia tota quidditas Verbi per se postulatur ad creandum. Idem proportionaliter illiusque de volitione, et Spiritu Sancto; atque ita consonant, quae de spiratione comparata cum creatione dicta sunt disput 71: sect 3 ad 4um argumentum.

In hoc igitur, sicut in aliis innumeris differt infinitus, et increatus artifex ab artifice creato, et finito, et praecipue hoc differt a ratione, quae est in mente artificis creati, quia Verbum Dei Deus subsistens est: ratio autem artificiati in mente artificis non est vere subsistens, sed solo intelligibilis forma, ut recte notavit S. Thom. 4 contra gentes cap 13 paulo post med inde colligens, quod ratio existens in mente artificis creati non convenit proprie agere, sed tantum esse rationem per quam artifex operatur. At vero divino Verbo convenit proprie agere, quoniam subsistens est.

2° arguitur contra eandem conclusionem: quia si creatura productio per se maxime supponeret plures personas, sequeretur Philosophos naturali cognitione potuisse devenire in cognitionem Trinitatis. Consequens autem esse impossibile vidimus disput 41. Sequela probatur: quia Philosophi naturaliter potuerunt cognoscere dependentiam creaturae a causa prima; quapropter si prima causa ratio requiritur subsistens in tribus personis: cognoscerent tres personas esse requisitas, ut sit prima creatura.

Ad hoc

Ad hoc argum. cuius nervus in eo situs est: quia Philosophi lumine naturali rationis demonstrare possunt eos agere per intellectionem, et volitionem: atqui naturali ratione non potuerunt assequi distinctionem, et quidditates intellectionis divinae postulantes terminari Verbo realiter producto per ipsum: nec quidditates divinae volitionis postulantes terminari Spiritu Sancto realiter producto per ipsum. Cuius ratio est, quoniam licet creaturae repraesentent sapientiam infinitam, et libertatem infinitae volitionis: caeterum praedictas earum quidditates, quae postulent tres realiter distinctos, nullo modo repraesentant creaturae. Proinde manifestatur evidenter huius argumenti fallacia: quia probaret etiam Philosophos potuisse naturaliter cognoscere mysterium Trinitatis ex eo solo, quod scirent Deum intelligere et velle: quoniam Verbum, et Spiritus Sanctus naturaliter consequuntur divinam intellectionem, et volitionem. Cuius falsitas demonstrata est disput. 41.

[illegible] cinotio in m' essaz et relationes diurnas

Quenam distinctio detur inter essentiam et relationes divinas, pertinet ad distinctiones 2-8-19-33-34 lib. 1i Magistri

In qua ut majori claritate procedam, tripartitam offeram inquisitionem: 1o diversas opiniones Magistri sententiarum, plurimas et aliquas suppositiones referam. in 2o meam mentem aperiam, seu authoritatibus seu rationibus fulcitam et in 3o si quae contra nostram veniant argumenta opposita solvam.

Veniamus igitur ad primam partem suppositionum Magistri, praemitto 1o dari inter essentiam et divinas relationes identitatem realem, quod jam antea stabilitum est contra Theodosianos et Damianitas haereticos in Conciliis et SS. Patribus, et praecipue contra Gilbertum Porretanum Pictaviensem Episcopum in duobus Conciliis Remensibus, sub Callixto 2o et sub Eugenio 3o in quibus Episcopi inquiunt: Credimus solum Deum Patrem, Filium et Spiritum S. aeternum esse, nec aliquas omnino res sive relationes, sive singularitates, seu unitates dicant, et hujusmodi alia in Deo esse, quae sint ab aeterno et non sint Deus, et quamvis hoc decretum non fuerit confirmatum a summo Pontifice, Eugenius 3us adhibito postea consilio Cardinalium contra Gilbertum definit et statuit: Ne verbo, nec aliqua ratio theologica inter naturam et personam divideret; neve Deus divina essentia diceretur ex sensu ablativi tantum, sed etiam ex sensu nominativi, quod idem est ac dicere, quod nullus est [illegible] realis naturam divinam et personas divinas, et personas divinas, essentiam seu naturam.

Probat Lateranense Concilium Cap. Damnamus, de summa Trinitate, ubi dicunt, quaelibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, seu natura divina: constat ergo ex Concilio

Nisseno lib 2 colum 8. § Sancta et Magno sic f. Orius alloquutus
fuit, non est magna, sed tres personae vel subsistentiae, quas veritatem
oppugnare ... et os Hologhier ut videre est apud P. Vitaliam ...
de mentis disp.e ... prolog detrin. Sed breuitatis non est omittendus ...
... q. ... ad catodoxos. ubi inquit. Del simplicitas tota est
filius, et tota est pater filius, et tota est ... et tota ...
[ubi ... pater filius, ... intelligit, ... proprietatem alternativus

Supponendo 2.o ... distinctionem realem ab omnibus Philosophis
admissam, que distinctio ... quod unum non sit realiter aliud et
distinctionem mediam magno ... ab Scoto elaboratam, ... aliam
distinctionem ... a Theologis excogitatam, ... vocatam distinctionem
virtualem, eo quod illesa identitate reali ... viam operatur
ad verificanda praedicata contradictoria, definitur solet sic ...
distinctio virtualis est aequivalentia distinctionis realis ... extra
realem identitatem in ordine ad verificanda praedicata ... contradictoria
quae ... non sit distinctio praestat in ordine ad verificanda
praedicata contradictoria, quod praestare solet ... distinctio, et hinc
virtualis dicitur, quasi virtute ... distinctionem

Sed notandum
est quod realis ... distinctio duo praestat. ... excludere identitatem ... extremo, vi cuius exclusionis unum
de alio ..., ut ... Petrus et Paulus non est identitas realis, quoniam ibi dat distinctio realis excludens eam identitatem, ... ut
Petrus negetur de Paulo, et Paulus negetur de ... falsificatur
haec propositio Petrus est Paulus, et opposita verificatur Petrus non est Paulus. ...
est, extrema reddere apta ut verificentur ... praedicata contradictoria

ias

tam ergo distinctio virtualis non equivalet formali quoad suum effectum sed quoad aliquem, quia non facit ut unum extremum de alio neget, sicut non tam distinctio virtualis esset, sed formalis, sed facit aliquem effectum ipsius, quod praedicata aliqua se contradictoria verificentur de ipsis extremis, quamvis identificatis. Imo se contrariis inde aliqui distinguunt: quod distinctio virtualis non equivalet reali, quoad formale seu essentiale ipsius, sed quoad effectum, quem in formalis causat.

His praelibatis

secundum difficultatis excepto dicitur, quod si essentia Divina et relationes sunt eadem realiter entitates verificant de illis praedicata contradictoria, nam ante secundum unum opinionem datur in Trinitate persona generans et non generata qualis est Pater, datur etiam persona genita et non generans qualis est Filius, modo sed utrumque contradictorium sit generat et non generat, generat et non generat convenit Patri a parte rei sed neutrum sed aliquod illorum? sed utrumque convenit: ergo tam duplex praedicatum contradictorium conveniunt Deitati a parte rei, si aliquis dicat, hec intentus, quod Deitas est Pater, et Pater generat, et Deitas non generat: ergo eidem realitati entitati Patris hoc relati Deitas convenit a parte rei generare, et non generare

Praeterea Deitas identificat

cum Filio, sed de Filio verificatur generari, quod non verificatur de Deitate ergo convenit duplex contradictorium eidem entitati Filii, hoc Filiatio et Deitas demumque si aliquis objiceret, dat sibi intentum, quod si Deitati convenit generare, cum id non conveniat Filio, cui realiter identificat Deitas, tam eidem entitati Filii convenit generare et non generare, si vero Deitati convenit non generare, cum oppositum Patri realiter identificato cum Deitate conveniat tam sibi convenit eidem realitati Patris duplex contradictorium

In hac adeo

ingenti difficultate, repugnantiamque sentiat excepto, quod de eadem realitate

subsequens, quia operationem aliquam nostram praesupponat, eamque subsequatur; haec
docent omnes S. Damascenus lib. 2 orthodoxae fidei, cap. 29, et Chrysostomus
Homilia 1 in Epistola ad Ephesios.

Ex hac divisione infertur alia divisio voluntatis
valde celebris in voluntatem beneplaciti, et signi. Voluntas itaque Beneplaciti
est vera voluntas in Deo, sive efficax sit sive inefficax: de qua loqui videtur
Christus Matth. 11. v. 26: dum Patrem alloquens dicit: ita Pater, quoniam sic pla-
citum fuit ante te. Eandem Dei voluntatem ponit Apostolus ad Ephes. 1 v. 9. Ut
notum faceret nobis sacramentum voluntatis suae secundum beneplacitum eius. De eadem
etiam dicitur Act. 13. v. 22: Qui faciet omnes voluntates meas. Denique per hanc

voluntatem

voluntatis beneplaciti vult Deus omnia, quae facit.

Voluntas signi non est vera voluntas in Deo, sed metaphorica tantum, seu signum voluntatis. Quinque autem huiusmodi signa communiter referuntur divinae voluntatis: Praeceptum, Prohibitio, Consilium, Permissio, Operatio, quae hoc versu comprehendi solent.

Praecipit, et prohibet, permittit, consulit, implet.

Per praeceptum indicat Deus voluntatem, non ut res fiat, sed voluntatem obligandi, ut fiat. Prohibitio est voluntatis indicat obligandi, ne res fiat, estque praeceptum negativum. Consilium indicat iudicium Dei, quo id, quod consulit, decernit esse melius opposito. Permissio non est signum voluntatis divinae circa peccatum ipsum, ut male Durandus in 1, dist. 45, q. 3, num. 7. Sed solum indicat voluntatem non denegandi concursum generalem, nec impediendi rem permissam. Unde quamvis peccatum oderit, et aversetur, in illius tamen permissione complacet, ut potest quae bona est: ad quam rem S. Aug. in Enchiridione inquit: Deus melius iudicavit de malis benefacere, quam mala non permittere. Operatio denique Dei externa aliquam internam eiusdem voluntatis denotat, utpote qui quidquid agit, pro voluntate agit.

His suppositis scopus difficultatis est: quod cum Deus per suam simplicem intelligentiam multa videat possibilia, ut alium mundum, variasque rerum tam materialium, tam spiritualium species, et individua, quae tamen de facto non vult rerum quod producere. Praesens quaestio controversia in eo versatur, utrum actu positivo debeat Deus nolle harum rerum existentiam; an possit mere se circa eas habere negative, nullum scilicet de iis actum eliciendo; sed pure omittendo, positivamque suae voluntatis in illas, seu earum negationem tendentiam libere coercendo.

Circa hanc difficultatem duplex invenitur sententia. Prima, eaque communis fere inter Recentiores opinio negat puram omissionem esse in Deo possibilem, aitque, quod voluntas divina non vult aliquid esse, hoc aliter fieri non posse, quam decernit res illas quae sunt positivae determinationes, ac tendentias fieri posse, quam decernit rem illam non placere: ita Vasq. 1. p. disp. 79. cap. 3. Annibal. hic. disp. 56. num. 10. Lucas hic. disp. 19. cap. 5. Alarcon 1. p. disp. 3. cap. 5. Pater Arriaga 1. p. disp. 29. num. 23. Pater Fran. Velenus hic. disp. 24. cap. 3. num. 10. et alii.

Secunda sententia asserit puram omissionem a Deo non esse excludendam, sed interdum in eo esse, seu actu positivo nolle res aliquas existere

existere, l, mere negative cum illa se habere, sic quo vno, l altero modo hac in parte suo arbitrio posse Deus procedere, hanc tu quentur Halensis 1 p. q 34. numb 4. S Bonav. in 1. dist 45. art 1. q 2. Suarez To. 1. de Gratia. Prolog. 2. cap 8. Granado hic. q 14. art 13. trice disp 7. num 39, Arriaga hic. dist 21, sect 3, num 17. et disp 25. sect 2. num 15, et alijque plurimi. Hæc Sta mihi placet, quin deq. ad eius Sententiam pro diuersis illa probo

1° quoniam pura omissio libera quamuis non eam in se contineat perfectionem, quam habet positiua volitio, nullam tamen in eo cui est, arguit imperfectionem: Deo autem, ut supra vidimus, non repugnant illa, quæ minoris tantum perfectionis continent; sed illa solum, quæ indecori aliquid, aut indecentiæ in se inuoluunt: ergo non repugnat in Deo pura omissio libera circa productionem alterius mundi, l alterius entitatis, quam nunquam Deus vult producere. Maior, et eius patent; minor, in qua est difficultas, probatur. non voluntas liberalis et pretiosa, quo Deus amaret se ipsum propter creaturas, non repugnat in Deo; sed huiusmodi voluntas non est adeo perfecta liberalitate, et pretiositate, quam illa, qua Deus amaret se ipsum propter summam eius bonitatem et perfectionem: ergo Deo non repugnant illa præterea, quæ minoris tantum perfectionis dicuntur liberalitate, et pretiositate; sed illa solum, quæ indecori aliquid, aut indecentiæ inuoluunt.

Maior huius syllogismi probatur. quoniam Deus potest se ipsum amare, ut finem qui, seu cuius gratia creaturas, et finem cui; verum enim vult creaturas rationalibus beatitudinem, et consequenter vult se illis, ut bonum summum et ultimum ipsarum; sed hoc est Deus amare se ipsum propter creaturas: ergo voluntas liberalis et pretiosa, qua Deus amaret se ipsum propter creaturas, non repugnat in Deo. Minor probatur et l a huiusmodi voluntas non sit adeo perfecta liberalitate et pretiositate, quam illa, qua Deus se ipsum propter semet ipsum amaret probatur. quoniam finis cui istius voluntatis est ipsemet Deus, cui terminatur talis amor; seu propter quem talis actus amoris exercetur. finis autem cui alterius voluntatis sunt creaturæ, quæ in perfectione infinitis distant a Deo: ergo sicut huiusmodi actus non repugnant liberalitati et pretiositati infinitæ perfectioni Deitatis, ita similiter non repugnabit in Deo pura omissio libera alterius mundi nunquam existentis

2° probatur. non nisi detur in Deo pura omissio, sequitur eum actu habere infinitis, infinita decreta, quibus determinate statuat, quid in

talibus

talibus, vel talibus rerum diversarum circumstantiis sub omni excogitabili hypothesi esset ipse facturus: ut si crearet alium mundum, decerneret incarnari, vel non incarnari Spiritum Sanctum: item si tales, vel tales Angelos produceret, hoc, vel illa iis diceret facta, et infinita huiusmodi, quae ut aiunt Suarez cum Aliis citati penitus otiosa sunt, ut pote, quae ad nihil deserviunt, nec ullum habere possunt effectum: eaque proinde reiiciunt, ut Deo prorsus indigna. Quod adhuc clarius constat in decretis conditionatis de rebus plane disparatis in omni imaginabili rerum combinatione sub hac, vel illa hypothesi ponendis.

Ex quibus dari in Deo puram omissionem sic ostendo: Deus iuxta hos Auctores, et omnium Theologorum Logicam, non habet infinita huiusmodi decreta conditionata, quae nullum habebunt unquam, nec habere possunt effectum: ergo circa obiecta illa non se per actum aliquem determinat, vel, positive sit sub conditione ea volendo, vel etiam positive nolendo; sic enim ex altera parte statueret et infinita haec haberet decreta conditionata otiosa. hinc ergo aperte sequitur Deum circa haec obiecta habere se mere negative, quod est actum omnem suspendere, et habere puram omissionem.

Auctores ergo, qui haec in Deo decreta reperiri negant, Suarez praesertim, et illi, qui actum Dei liberum ponunt adaequate Deo intrinsecum, puram in eo omissionem agnoscere ratione debent, cum non sit medium inter positive in hanc, vel illam partem decernere, et non decernere positive, quod est pure omittere.

Nonnulli, ut P. Alarcon tomo disp. 5. cap. 6, et P. Granado hic tract. 4. disp. 2. num. 6, ita decreta conditionata aversantur, ut in contrarium extremum vergant, nullumque omnino decretum conditionatum in Deo admittendum esse affirment. Existimo nihilominus, omnia decreta conditionata a Deo non esse releganda: ita Suarez, et alii citati. Ratio est: in sacris enim literis revelat Deus, si ad eum redierit peccator, et poenitentiam egerit, se illum recepturum iuxta illud Ezechielis 18. v. 21. Si impius egerit poenitentiam etc. omnium iniquitatum eius non recordabor: item in bonis operibus ad finem usque vitae perseverantibus coelestis gloriae promittit: sic Matth. 10. v. 22. ait Christus. qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. haec autem, ut constat, sunt decreta conditionata. Nec, ut contendit

P. Granado

P. Granado citatus, huiusmodi decretus, quaevis nullus sortiretur effectus, esset otiosus, plurimus tamen conducit ad Dei erga homines amorem ostendendum; in quem non caret fine.

Illa quo talis modo reperimus in Deo decreta conditionata, ut recte Suarez, et alij, quorum conditio, sub qua sunt, a solo Deo pendet, quam tamen ipse conditionem statuit nunquam ponere, ut si crearem alium mundum, hoc, vel illud facerem etc. Quis admiraretur si homo quispiam, qui firmissime statuit nunquam ire Constantinopolim, tempus nihilominus in huiusmodi imaginationibus, et conditionatis volitionibus detineret, quid scilicet ipse facturus esset, si foret Constantinopoli: quisquis, inquam, hoc praestaret, ab omnibus parum prudenter agere censeretur, et tempus inutiliter impendere. Sicut etiam vitio verteretur plebeio cuipiam, et infimae sortis homini, qui serio apud se deliberaret, quid, si ad Regiam dignitatem eveheretur, esset facturus, quo pacto regnum administraturus, quae gesturus bella, quos, et quibus honores collaturus.

Hanc rationem eo fusius proposui, quod ad probandam puram omissionem magni a nullis fieri animadverto: vereor tamen, ut deludat; nam non conditio vel non omnino probat omissionem horum decretorum in Deo reperiri, vel probat ea esse nimia.

Respondent aliqui cum P. Arriaga disp. 29 citata num. 23, quod perfectior operandi modus, et libertatis exercendi per actum positivum, quam per puram omissionem, ex quo inferunt hunc modum operandi Deo esse tribuendum, non vero per omissionem; nam Deo perfectissima omnia sunt adscribenda. Sed contra inverso et retorqueo argumentum ex doctrina ipsius Arriaga: nam ipse disp. 18. sect. 3 ait Deum cognoscere se in creaturis; et disp. 24. sect. 4. num. 30. affirmat Deum amare se propter creaturas, quamvis fateatur cognitionem illam Dei non esse tam perfectam, ac est scientia, qua Deus se cognoscit in se ipso; nec etiam hunc amorem Dei propter creaturas in perfectione aequare illum, quo Deus se propter se ipsum diligit. Rursus ipse docet in Deo non esse actus tantum perfectissimos, sed posse actus etiam minus perfectos in eo admitti, modo positivam in se imperfectionem non involvant. Sed haec omnia in Deo repugnant Patri Arriaga, quamvis inter ipsa dicamus, et perfectior

operandi

operandi mus superiatur in Deo: g° eodem modo tenetr astruere n impotentia
in Deo omissionz purz alterius mundi polz, quqz talz omissio n
sit tq pfectz exercitz libertatz, quq uel nolitio positiua cu alterius
mundi futurata.

Insurgo 2°. ng quqz omissio ipsa n uel pfectior, quq
actz positiuz formalitr, eo dz se, potest arguere maiorz pfectionz in
voluntate diuia: g° hac ratoe n e a Deo excludenda. p° ary. ng talz
omissio arguit in voluntate diuina tanquq in prio potestatz ad ipsq, et
ad nolitionz positiuq; s hec potestas ad utrqq arguit pfectionz exten-
siue maiz in prio, quq potestas tantz ad alterutq: g quqz ipsa
omissio formalitr n sit pfectior, nolitione positiua potest arguere maiz
pfectionz extensiue in voluntate diuia tanquq in prio. pt hec coa:
sicut n. homo, l Angelus, qui simul, et positiue nolle posset, et li-
bere omittere valeret, maiz latitudinz arguit in libertate quq
y, qui ad unicz exercitz libertatz restringeretr: ita illa latitudo
huius capacitatz in voluntate diuia maiz pfectionz extensiue ar-
guit: g Deo tribuenda e talz omissio pura cu alterius mundi
pols.

P. 3° Clo: quoniq Deus n vult, nec tenetr facere optimu, modo phi-
sice, verum etiq moralitr: g quqz actz positiuz nolitionz alterius mun-
di polz sit pfectior nolitione omissiua, adhuc hec n exit repugnans Deo:
oteenim ... q n e polz talz pura omissio in diuina voluntate. pbo ary: ng D. Thomas
3 p. q 1, a 3 corpore dicente pnunciat, incarnationz diui Vbi ita dependenter
a lapsu Adami, et pato decreto fuisse, ut nisi hoe pante, facta omnino n
fuisset, p quo citat Aug°: g° sola excellentia mysterij, et q incarnatio sit
melior, quq negatio incarnaoz, n necessitat Deus moralitr ad ponendq
incarnaoz. p hec coa: ng dz Doctor Angelicus stante tota excellentia, e
pfectione incarnaoz adhuc si homo n peccasset, n fuisset posita incarnao,
s illius negatio; s hoc a fortiori arguit n facere melius, et optimu a Deo
tq phisice, quq moralitr: g° Deus n tenetr ad optimu operandz in qua-
uis linea: g potest habere nolitionz omissiuq alterius mundi polz nulla
habita positiua nolitione cu eiusdz effectz.

Ifrati

Urgetur praedicta ratiocinatio ex mente ipsius D. Doctoris Angelici q. 25. art. 6, ubi docet posse Deum rebus a se factis meliores producere. Inde sic: Obiectio illic fuisset, Deus posse facere aliquid melius quam facit, in haec verba respondet: si ly melius sit nomen, verum est: qualibet enim re potest facere aliquid meliorem; si vero ly melius sit adverbium, et importet modum ex parte facientis, sic Deus non potest facere melius, quam sicut facit: quia non potest facere ex maiori sapientia, et bonitate: ergo ex mente S. Doctoris ex parte rerum factarum Deus non semper tenetur ad optimum producendum: ergo Deo non est impossibilis pura omissio actualis productionis alterius Mundi, neque quam a Deo producendi.

Respondent aliqui, quod si omissio producendi mundum v.g. non sit ex actu positivo habente finem honestum Deo dignum, nequit esse formaliter honesta; quia omnis actio Dei ad extra sive positiva, sive negativa debet esse formaliter honesta: ergo omissio productionis mundi debet esse ex actu positivo habente finem, seu motivum honestum Deo dignum. Minor praemissa probatur, quia ut actio moralis, seu libera sit formaliter honesta, necesse est, quod sit propter motivum illius virtutis, ad quam spectare dicatur, ut certa Theologorum doctrina in tractatu de bonitate, et malitia humanorum actuum docet; quia illorum nequit, quod pura omissio sit propter motivum honestum, ut ex se certum est, siquidem in omissione pura nequit agens dici, quod potius propter hunc finem, quam propter alium negative operetur: ergo ut actio sit formaliter honesta debet intervenire actus positivus, quo agens velit omittere opus propter tale, vel tale motivum honestum, et consequenter, ut Deus dicatur omittere honeste productionem mundi, dari debet actus positivus, quo illam omissionem velit propter aliquod motivum ipso dignum.

Haec solutio omnino insufficiens videtur. Primo: quia potest dici, quod actiones liberae creaturarum sint formaliter honestae, quatenus scilicet ex motivo honesto, quoniam ex nullo alio caput suae honestatis desumunt: at actiones divinae scilicet quidem formaliter honestissimae hoc ipso, et praecise, quod a Deo tanquam a causa particulari sint, et eo obtare non inhonesta reperientur; consequenter ergo si Deus aliquod efficiat, quia ipsi placuit, id efficere, actio illa est eo ipso honestissima, sicut quaevis actio libera creata honestissima est hoc praecise, quod sit ex divino placito divinus. Cuius ratio est, quod Deus sit ipsa prima regula honestatis tam sibi, quam creaturis, quorum haec ignorat? proinde ergo ut omissio productionis

mundi

mundi sit finalitas honesta, Deoq dignissima, satis est, quod a Deo libere sit,
quin aliquid aliud requiratur; his accedit alia ratio, nam dicere est omissionem
illius esse ex complacentia, qua Deus sibi complacet in eo, quod sit potens omittere
productionem mundi, quin opus sit alio actu distincto ab hac complacentia, quae quidem
est actus necessarius in Deo, quoniam Deus necessario sibi complacet in suis operibus, quae
illi ex proprio suo esse conveniunt.
Probatur 4° Quia; nam ut res non sint futurae, imo vero, ut
nunquam extiturae sint in re, non requiritur specialis actus voluntatis, quo Deus
efficienter decernat, quod nunquam illae sint; quia talis actus non datur; ergo res nunquam
futurae, aut saltem necessarius non est, quia actus ille datur, et vicinter potuerit Deus pro sua li-
bertate se se ab illo actu suspendere. Ans ex se facile constat: nam hoc ipso, quod
Deus non decernat productionem mundi, eo ipso mundus non extit, quoniam non decernat, quod
mundus nunquam sit: quia ut mundus nunquam sit futurus, satis est, quod Deus non decernat
pro aliquo tempore productionem illius; quoniam non decernat non productionem: hinc a deducitur,
quod Deus possit non decernere non producere mundum. Probatur quia si Deus deberet decernere
non productionem mundi, quatenus decretum istud necessario esset, ut mundus nunquam
existeret; sed ad hoc decretum illud necessarium non est, ut proxime probabatur: ergo necessarium non est, quod
tale decretum re ipsa in Deo detur; atque adeo potuerit non dari circa res nunquam futuras,
quod est Deus se suspendere.
Quod si aliquis respondeat decretum illud de non productione rei nun-
quam futurae, dari debere in Deo, si quidem, quia necessarium sit, ut res ipsa nunquam sit
futura; Probatur quia necessarium est, ut ea non futuritio rei sit Deo specialiter voluntaria; sin
quam, aliquis respondeat. Contra est, quod nullus sufficiens fundamentus reddi potest, ut dicatur
necessarium esse, quod negationes rerum sint Deo specialiter voluntariae, sicut ipsae rerum
productiones voluntarie specialiter esse debent: Cum si rerum negationes sint mere
nihil, opus sane non est, quod sint Deo specialiter voluntariae: imo vero si rigorose
loquamur, negationes rerum non dicuntur specialiter voluntariae ex eo decreto,
quo Deus decernat non producere res ipsas quarum sunt negationes: prout negationes
rerum sunt priores ordine naturae, quam decretum illud, quod aestimatur quodcumque
illud sit: ergo sola duratio negationum potest esse specialiter voluntaria, non
vero negationum existentia: ans probatur nam antequam Deus intelligatur elicuisse
actus aliquos voluntatis, intelligitur non esse aliquod creaturas: ergo ante quodvis decretum
liberum

liberi Dñi ē negaō, seu carentia cuiuscunq xū positivi: et coenter ex psu-
tione divina n exigitr, qd ea negaōi xūi sit voluntaria positive, et
formaliter Deo.

Ofatr 1.º hec doctr; qa Deo deneganda n ē pfectio aliqua,
quæ in genere libertatis reperiatr; s in genere libertatis reperitr pfectio
libertatis Otradictionis: q.º libertas hec dedenda Deo ē quoad suos actus;
atq libertas hec Osistit in eo, qd Deus possit elicere actus illos, vl omitte-
re: q.º potest Deus omittere actus, quo decernat nil pducere; et coenter potest ab
huiusmodi actu, et ab volitione pducendi aliquid se suspendere. Ofatr
iterū: qa quævis crea intellectualis potest se habere negative erga omissionē actus,
seu effectus, ad quē libera ē: q.º similiter Deus potest se habere mere negative er-
ga volitionē n pducendi xā. Coā hec pt, nā qd crea possit sese erga omissio-
nē actus, seu effectus mere negative se habere, n pvenit ex aliqua impfectioe
crea potia, s pvenit ex eo, qd id qus libertatis sit speciei quæ de libertatis,
in omni: q.º tribui debet voluntati divinæ ea libertatis, quæ istis illa, quæ in
causis 2is absq impfectione reperiunt, debent Deo dedi: q.º etc.

Respondent
Otrarij, qd si Deus posset omittere pductionē mundi, quin talē pductionē posi-
tive decerneret, ea sane pductionis omissio n esset Deo pfectissime, et positive
voluntaria; atq oīs actio Dei ad extra debet ēē pfectissime, et positive volun
taria, seu positiva, seu negativa sit: q.º ut Deus pfectissime Otituatr in gēre
libertatis, necesse ē, qd actu aliquo positivo vellit omissionē mundi. Otrarij
pbant, qa magis voluntaria ē pductio mundi, si sit a Deo volente illā p
actus positivos, quā si sō sit p negaōē actus oppositi, quo vellet pductionem
mundi: q.º si omissio pductionis mundi n sit p positivos actus volita, n est
pfectissime voluntaria.

Hec solutio nihil efficaciæ habet, et quævis remota
maneat in superiori arguto, sic qa illā minuo: qa lt admittamus spectare
ad pfectionē divinā, qd quæq actio Dei etiā negativa possit ēē illi pfecte, et positive
voluntaria, quatenus Deus possit tendere in illā p positivos actus voluntatis: ad-
huc tn nullo urgente fundo suadetr, necesse ēē, qd omissio pductionis ē debeat
ēē in actu 2.º positive voluntaria, et qd n sufficiat, si sit in actu 1.º, et habitualiter

voluntaria

voluntaria: non tamen satis est ad actionem negativam Dei, quod quamvis sit perfectissime libera, ut revera quaelibet actio omissionis est; quamvis nullus actus positivus cum illa intercurrat: quod adducendum est, quod licet requiratur actus positivus, ut omissio productionis sit positive volita, non tamen, ut sit positive libera, quoniam dicitur positive libera ex positiva indifferentia voluntatis divinae ad electionem, vel non electionem actus. Probatur 5° contra illa; nam actus, quo Deus positive decernat non producere v.g. mundum, nequit habere motivum Deo dignum: ergo actus ille nullo modo datur in Deo; sed nec dari potest. Consequentia haec patet; nam impossibile est dari in Deo actum voluntatis, qui non sit ex motivo bonitatis divinae digno; ut ex se certum omnibus est: antecedens vero probatur: nam in primis nequit Deus moveri ad actum illum ex sua bonitate, nam bonitas divina movere nequit voluntatem divinam nisi ad aliquid, quod aliquam rationem ad ipsam bonitatem divinam conducat; sed negatio productionis mundi nequit conducere ad bonitatem et perfectionem divinam, ut ex se satis aperte constat: ergo nequit Deus moveri ex sua ipsius bonitate ad non productionem mundi, ac proinde moveri nequit ad volitionem talis non productionis: Rursus nequit Deus moveri ex motivo liberalitatis, seu beneficentiae ad praedictam volitionem non producendi mundum, ut est evidentissimum: nam motivum beneficentiae est ad aliquid largiendum: et denique nullum aliud motivum designari potest, quod cum sit honestum, et Deo dignum, possit movere voluntatem divinam ad volitionem, qua Deus efficienter decernat nihil prorsus ad extra producere: ergo etc.

Quod si aliquis dicat sufficere Deo ad eliciendum actum voluntatis, quo decernat mundum nunquam producere motivum suae libertatis, hoc est sufficere Deo complacentiam ipsius in eo, quod suae libertatis exerceat in eliciendo actum praedictum; si inquam, hoc aliquis dixerit; certe haec eadem solutio suadetur posse Deum ab utroque actu contradictorio circa idem objectum se suspendere: nam non ad eliciendum actum positivum, de quo loquimur, sufficiat complacentia Dei in usu, seu in exercitio libertatis, quam in eliciendo talem actum exerceret; certe, ut non eliciatur actus, sufficit complacentia in usu libertatis, quam per ipsam omissionem actus exerceret; et consequenter poterit Deus ab illo actu se suspendere: quod quidem argumentum factum intendatur: quod si his omnibus dicatur Deum necessitari ad praedictum actum, de quo est sermo, quoniam est imperfectio divini numinis, quod non productio rerum, seu illarum omissio non sit illi fraedita, et positive voluntaria. [illegible]

haec solutio [illegible] — Sed dices: si Deus posset se suspendere ab utroque actu contradictorio circa idem objectum, quatenus posset non decernere productionem

sibi

objecti, nec illius non productionis, fieret, quod posset Deus decernere in tempore id, quod ab aeterno non decreverat; sed impossibile est, et inter absurda deducere: ergo impossibile est, quod Deus ab utroque actu contradictantis circa idem objectum se suspendat. Minor praemissa in forma suadetur; nam quod Deus se suspendat ab actu, quo velit non producere rem, non est illum reddi impotentem elicere talem actum, siquidem nullus agens amittit potentiam ad actum per merum suspensionem liberam ab electione talis actus, ut est in philosophia certissimum: ergo si Deus se suspendat ab actu, quo velit non producere rem hanc, aut illam; non eo ipso redditur impotens elicere talem actum, et consequenter poterit illum elicere, cum voluerit, atque adeo in tempore: ergo si Deus possit se suspendere ab utroque actu, de quo loquimur, poterit decernere in tempore id, quod ab aeterno non decreverat.

Oppositum secunda: Deus non possit elicere de novo in tempore actus volitionis, quos ab aeterno non elicuit, probatur 1. quia nequit Deus decernere in tempore id, quod ab aeterno non decreverat, quin limitatis vitium se ipsa contrahat: ergo sicut impossibile est Deum in tempore decernere id, quod ab aeterno non decreverat, quia est impossibile Deum limitationis vitium contrahere: et consequenter nequit ab utroque actu contradictantis circa idem objectum se suspendere. Probatur id ipsum 2o: nam si Deus ab utroque actu dicto se suspenderet, esset in potentia ad talem actum, et ad carentiam illius; sed dici nequit Deum esse in potentia ad aliquem actum: ergo dici nequit Deum posse a duplici actu circa extrema contradictantis se suspendere. Minor patet: nam dum Deus se suspendit ab actu, quem elicere potest, non est in tali actu: ergo est in potentia ad illum; cum ex se fuerit simpliciter potens ad actum et per suspensionem illius potentiam hanc non amiserit; quis autem non videat absurdum esse dicere, quod Deus sit vere, et realiter in potentia ad aliquem actum sibi intrinsecum?

Ratio haec huiusque fronte videtur efficax, vera demonstratio sit, et mihi etiam efficax olim videretur, quod res non praecognita discussionis propter tradentium authoritatem, ac fidem accipiebam; modo tamen non adeo efficacem illam iudico, ut facile ostendere est: nam omittitur, seu supponitur limitatis esse, quod Deus decernat in tempore id quod ab aeterno non decreverat, vel hoc negatur: dicitur id nullius ritus esse; si admittitur, id limitatis ratione; negari utique debet esse possibile, quod Deus in tempore decernat producere aut non producere rem illam circa quam semel se suspenderat, nam hoc ipso, quod Deus sese ab aeterno suspendat ab actu, quo statuat non producere talem, vel talem rem, aut illam producere, necessitatur manere per totam aeternitatem in ea suspensione, cum cognoscat limitatis esse (sive limitatis sit, ut modo

Suppono

suppono) efficere in tempore actum, quem semel ab aeterno omisit; atque adeo quando Deus libere non se detrahat ad efficiendum actum positivum, quo vellet non producere talem, tale tamen, virtualiter se detrahat ad perseverandum in ea suspensione in aeternum, quoniam certo cognoscebat se non posse in posterum ad efficiendum actum detrahi.

Quoad secundam hanc doctrinam in eo ipso argumento dicitur, nullum agens ex se liberum, ad aliquem actum, et ad omissionem ejus, amittere posse ad efficiendum actum per meram suspensionem liberam ab illo, datum est id esse verum per se loquendo; at per accidens accidere potest, quod ipsa omissione libera actus amittat agens posse, seu potestatem, quam ad illum efficiendum habet; et hoc accidit in Deo ratione immutabilitatis illius potentis, non vero ratione liberitatis sit, quod in tempore actum efficiat, quem ab aeterno omiserat: atque haec doctrina palam cernitur in ipsis actibus positivis; eo quod, id argumentum probare solutum in Deus est duobus mediis, omnino, et per omnia ad eundem finem aequalibus hoc potius, quam illud pro sua libertate eligat, nequit medium antea omissum assumere; nequit autem non quia agens amittat potestatem, quam ad illum medium assumendum habet per hoc, quod illud omittat; cum per se loquendo nullum agens eam posse, seu potestatem amittat, ac per accidens Deus eam potestatem amittit ratione suae immutabilitatis.

Quod si dicatur non esse liberitatis, quod Deus efficiat in tempore actum voluntatis, quem ab aeterno non efficit: argumentum illud pro dicta illa factum nullum omnino est; quoniam admitti posset sequela, posset, inquam, admitti, quod Deus posset efficere in tempore actum voluntatis, quem esse aliquid detractum ab aeterno non efficit. Ad illud quod dicitur, esse impossibile, et absurdum dicere, quod Deus efficiat in tempore actum volitionis, quem ab aeterno non efficit eo, quod esset in potentia vera, et reali ad talem actum, respondeo nullum esse inconveniens, quod sit Deus in potentia mera reali ad actum volitionis, a quo sese antea suspenderat; esset autem maximum inconveniens Deus esse in potentia physica reali ad actum aliquem ipsi intrinsecum. Ratio hujus doctrinae est: quia cum potentia ad actum, quae est potentia ... mera, non sit potentia ad recipiendam novam aliquam perfectionem, in qua actus Deus consistat; sed sit ipsa perfectio, quae facultas ad actum per se ipsam formaliter se exerceret, nulla est imperfectio, quod praedicta perfectio designare potens se exercere pro sua libertate, et potens se ab aeterno suspendere.

Haec doctrina probatur efficaciter; quia

voluntas

voluntas divina debet ratione dirigi per aliquod signum rationis in potentia ad actum positivum volitionis: quia hoc nullam dicit imperfectionem; et contra quamvis re ipsa accidat, quod per aliquod tempus illa divina voluntas ab actuali amore se suspendat, et per aliud tempus actum amoris eliciat, seu actum amandi exerceat, nihil imperfectionis in divina voluntate accidit, si aliàs nullam id limitationem intrinsecam involuat, ut per hanc solutionem, in qua versor, modo suppono. Ansam probo: nam voluntas divina est formaliter libera ad amandum, et ad non amandum, hoc est ad exercitium amandi, seu tendendi affirmative in obiectum, et ad non exercitium amandi, seu non tendendi affirmative in obiectum; atqui impossibile est dispere voluntatis divinae formaliter liberae ad actum amandi, et ad omissionem talis actus, quin dirigatur per aliquod signum rationis in potentia ad actum: quia hoc nullam dicit imperfectionem, sicut nullam imperfectionem dicit, quod dirigatur per aliquod signum indifferentiae ad praedictum utrumque extremum; et contra non ex aliquo est repugnat, quod Deus in tempore decernat id, quod ab aeterno non decreverat; certe ex aliis capitibus repugnat id.

Dices 2.º non Deus sit productivus in tempore mundum, nequit se suspendere ab actu, quo efficienter, vel velit mundum producere: quod probo ansam: nam, Deus producit mundum ex aliquo motivo, quod non sit ipse Deus, aut producit mundum propter se ipsum; sed quovismodo Deus dicatur mundum producere, debet elicere actum positivum, quo velit efficienter mundum producere: ergo non Deus mundum productivus sit, nequit se suspendere ab actu quo velit efficienter, et de facto mundum producere. Maior constat: nam impossibile est Deum operari vere ad extra, et non operari ex motivo, quod sit sua maiestate dignum: Minorem vero probo: nam si Deus producat mundum ex alio motivo, quam ex sua ipsius bonitate, hoc motivum potest esse ipse mundus producendus, aut aliquod aliud a mundo, si sit ipse mundus, debet Deus elicere actum, quo mundum propter ipsum amet, vel velit: si vero motivum sit aliud ab ipso mundo, debet utique Deus elicere actum voluntatis, quo productionem mundi ad motivum illud tanquam ad finem referat.

Quod si Deus propter se ipsum, seu propter suam bonitatem mundum producat, necesse est, quod eliciat actum voluntatis, quo talem productionem mundi ad se ipsum, seu ad suam gloriam accidentalem referat: ergo quovismodo ea motivum opinemur, ex quo Deus mundum producere dicatur; necesse est, quod Deus eliciat actum voluntatis, quo de facto velit mundum producere. Ansam huius enthimematis probo.

quia nullus

quia nullum medium potest esse praeelectum propter finem, nisi quatenus ametur praeelectum sub ratione utilis ad finem, ad quem medium esse dicitur: nam si medium non ametur [?] seclusis [?] tantum, non vero sub ratione medii, non ametur praeelectum, ut medium, ut evidens est, atque adeo, ut aliquid sit praeelectum propter finem, debet amari sub ratione deservientis ad finem: ergo ut productio mundi sit praeelectum propter Deum tanquam propter finem, debet amari a Deo, ut deservit ad ipsum: quoquo pacto productio mundi Deo deservire dicatur, et e contra Deus debet velle productionem mundi sub ratione utilis, ut per illam Deus glorificetur: atque argumentum illud adeo efficax est, ut praecludat effugium, quod ad libertatem creaturis actus divinus fieri posse quaeritur; praecludit, inquam, quoniam argumentum factum suadet esse impossibile, quod medium aliquid sit propter, et praeelectum propter finem, quin agens, quod tali medio utitur, velit illud sub ratione utilis ad finem, ad quem illud assumit.

Eadem argumentatio firmatur in volitione omittendi quascumque res, quas Deus omissurus esse dicatur: nam omissio nullius quae dicitur est ex se bona, et utilis ad aliquem finem, et alioqui Deus omittit res, quas omittere dicitur propter finem sua maiestate dignum, nisi dixeris, quod Deus talem omissionem amet propter se ipsam, quo casu evidentius est debere intervenire actum volitionis: ergo dicit Deus actum volitionis, quo vellet efficienter praedictam omissionem sub ratione utilis, seu conducentis ad finem propter quem illam velle dicitur. Haec consequentia patet ex antea dictis, quia ut omissio illa, quaecumque illa sit, nequit esse praeelectum propter finem, nisi quatenus ametur sub ratione utilis, seu conducentis ad finem propter quem esse dicitur, ut paulo antea arguebamus: ergo etc. Solutio confirmationis quanta, qua praefatum argumentum roborari solet: quoniam inferius specialiter examine est illa firmanda est.

Ratio huius, quod intimum argumentum firmata nihilo efficax est. Primo quidem: nam ex duplici suppositione satis dubia procedit, deinde quia et suppositionem utramque ultro dederimus, adhuc argumentum factum non omnino concludit: igitur. Supponit in primis argumentum illud esse impossibile, quod Deus liberum in tempore decernat id, quod ab aeterno non decrevit: hoc autem et veritatis indicavimus, et tamen satis dubium: quod si possibile sit Deus elicere liberum in tempore actum, quo posito, et praeelectum vellet id, quod nondum antea hac ratione voluerat; nullus omnino esset argumentum antefactum: quia et admittamus requiri necessario actum aliquem efficientem voluntatis divinae esse id, quod Deus producturus est, poterit sane dici Deus ab huiusmodi actu se suspendere usque ad tempus, in quo rem producturus, ut ad nihil productionem nullatenus

requiratur

requireretur, quod voluntas illa in tempore antecedenti non extiterit. Hinc accidit, quod licet suppositio illa, qua supponitur necessarium esse, quod elliciat Deus ab aeterno actus voluntatis, qui in tempore eliciturus esse dicatur, indubitata esset ex sola ratione ipsius, aut ex alio certo principio; adhuc argumentum factum non multum urgeret, quoniam esse res nunquam producendas non haeret, ut paulo post ostendo.

2a Suppositio, in qua illud argumentum procedit, est, quod medium, quod libere debeat amari finaliter sub ratione utilis ad finem; et esse hanc suppositionem, datum est, quod licet id in causis quas ultro admittamus, in Deo tamen negandum est; nam cum virtus activa divina sit ex suo conceptu finaliter libera, non requiritur actus divinae voluntatis, ut medium dicatur esse finaliter propter finem; nam medium debet esse finaliter propter finem, quatenus ipse amor finis finaliter per se ipsum movet dominum ad apponendum medium, quod cognoscit esse requisitum ad finem, sive medium illud ponat, quatenus propter actum, quo fertur in finem, elliciat alium actum voluntatis, quo velit medium, ut utile ad finem intentum, sive tale medium apponat, absque hoc quod actu voluntatis suo se determinando immediate ad productionem medii requisiti; cum ergo Deus possit, quantum est ex vi suae virtutis activae, se determinare immediate ad opus, quin interveniat actus aliquis volitionis circa medium, vel operationis ad extra; potest quidem operari propter finem, quin elliciat actum voluntatis, quo velit ipsius operationis, et hoc quidem in Deo, quidquid sit de libertate creaturae, de qua aliter longe, ac de Deo maxime sentiendum est.

Jam age et demus eam duplicem suppositionem, in qua illud argumentum procedit, verum omnino esse, etiam si de Deo loquamur, et nihil omnino datum est illud probare, quod Deus non possit se suspendere ab actu positivo esse rerum, quas aliquando producturus sit; quod vero esse illas, quas perpetuo omittendas scilicet, requirat Deus se suspendere, nullatenus argumentum illud suadet: nam facile rem est ad illud, ut formatur circa omissionem perpetuam rerum, quae non sunt parata respondeo; respondetur, inquam, 1o argumentum desumptum ex eo, quod medium debet referri finaliter ad finem, nullum esse circa omissionem rerum omnium creabilium, quoniam omissionem hanc seu omissio rerum omnium omnino possibilium non potest referri ad aliquid aliud tanquam ad finem: nam in hoc requirit omissio rerum omnium referri ad aliquid ~~aliud tanquam ad finem~~ creatum, cum nihil creatum detur, si nihil ad extra producatur, ut est evidentissimum. Neque requirit ea omissio referri ad Deum, quoniam omissio rerum omnium non conducit ad gloriam

accidentalem

accidentalis Dei, ut dictum est certum: quod ultimo: erit non omissio rerum omnis effectus conveniens ex eo, quod Deus sit per omnia sibi sufficiens, quoniam ex rebus creatis aliquod emolumentum percipere posset: quod enim Deus cognoscit clarissime ipsum omnia bona a se ipso habere, quoniam aliquid, quo opus habeat, possit a creaturis recipere; et quod insuper nihil creaturis ipsa, ratione cuius debeat creaturas producere, potest ab illorum productione se suspendere, præsertim, cum animadvertat nihil aliud requiri, ut creaturæ non producantur, quam quod ab illarum productione se suspendat.

Pro re videamus ad argumentorum redeo, omitto, quod medium positivum debeat referri finaliter ab eo ad finem, qui per tale medium intendere dicatur, at omissio rei non debet finaliter referri, quod dum præsupponitur posita ante intentionem finis; cum quod omissio cuiuscumque rei positivæ, quæ supponitur, præsupponatur ad quemlibet actum intentionis finis, ad quem finem ea rei carentia deservire possit, si finis sit ipso creatus, aut si finis sit ipse Deus, certe carentia rei creatæ est ipsi cum ipso Deo, et potentia opus non est, quod Deus aliquo actu positivo erga talem carentiam feratur; sed quod finis velit, ad quem carentia illa deservire potest.

Ad 3um per distinctionem argumenti 1o. quoniam ratione alterum est duobus reghibus sit, sed Deus manere per æternitatem irresolutus, et indeterminatus ad productionem, et ad non productionem cuiusdam rei, aut debere elicere actum positivum, quo determinate rei productionem, aut determinate non productionem decernat: atque magis imperfectus sit habendi est, quod agens intellectuale diu sit irresolutum, et indeterminatum ad operandum, sed non operandum: Unde deducitur esse impossibile, quod Deus ea ratione per æternitatem se habeat: quoniam omnis imperfectio Deo repugnat, et cum alioqui, ut Deus non sit irresolutus, et indeterminatus diu ad operandum, et ad non operandum; requiratur ratio, quod eliciat ab æterno actum positivum, quo determinate rei productionem, aut determinate non productionem decernat: fit tandem necessum esse, quod Deus alterum ex duobus decretum dictum ab æterno eliciat.

Duo in hac ratione probanda sunt; primum est manere esse, quod Deus maneat per æternitatem a parte ante irresolutus, et prorsus indeterminatus, ut operetur, et ut non operetur, hoc ipso, quod non eliciat ab æterno actum; quo determinate rei productionem, aut determinate non productionem decernat. Primum est dicere ex se gravem imperfectionem, quod agens intellectuale diu sit irresolutum, et indeterminatum ad operandum

et ad non

et ad n̄ operandum, cum aliunde certo cognoscat omnia, quae ad determinationem in alterum extremum cognosci debent. Illud autem primum probatur: quia dum Deus n̄ se determinat ad operandum, aut ad n̄ operandum, est irresolutus, et indeterminatus ad hoc utrumque extremum; sed dum mens se suspendit ab utroque actu circa extrema dictaminis, n̄ se determinat ad operandum, aut ad n̄ operandum: ergo dum mens se suspendit ab utroque actu circa extrema dictaminis, manet Deus irresolutus, et indeterminatus ad operandum, et ad n̄ operandum. Maior praemissa evidens est; quoniam Deus est ex se indifferens ad operandum, et ad n̄ operandum; et consequenter dum n̄ se determinat ad alterum e duobus his extremis, ut maneat indeterminatus ad utrumque, necesse est.

Quod vero maneat hac ratione indeterminatus Deus, dum se suspendit ab utroque actu circa extrema dictaminis, quod erat praemissa maior syllogismi antea formati, sic suadetur: quia se suspendere est n̄ se determinare ad aliquod extremum ex iis, circa quae se suspendere dicitur: ergo cum Deus se suspendat a volitione producendi rem, et a volitione n̄ producendi illam, n̄ se determinat potius ad hoc extremum, quam ad illud, et consequenter est indeterminatus, et irresolutus ad utrumque. Praeterea nam antequam agens, quod est ex se indifferens ad operandum, et n̄ operandum se determinet ad operandum, est indeterminatus ad utrumque illud extremum: ergo quia agens n̄ se determinet ad extremum positivum, n̄ est, quod se determinet ad extremum negativum: haec consequentia est evidentissima: nam si agens n̄ se determinare ad operandum sit determinare se ad n̄ operandum, certe hoc posito, quod intelligamus agens ex se indifferens n̄ determinari ad extremum positivum, intelligimus illud ad extremum negativum determinari, quod est falsum, cum certissimum sit, quod quando intelligitur agens indeterminatus, et indifferens ad utrumque extremum dictaminis, intelligitur indeterminatus, seu n̄ determinatus ad extremum positivum.

Porro autem suspensionem hanc, seu indeterminationem, et irresolutionem afferre aliquam imperfectionem, quae est dum in nostra ratione probandum, suadetur; nam in reliquis agentibus intellectualibus ea suspensio solum provenit ex imperfectione cognitionis, ex eo videlicet, quod n̄ certe cognoscant rationes omnes convenientiae, et disconvenientiae, quae circa opus agendum occurrunt; quando vero certo cuncta cognoscunt, et quod factu opus sit, evidenter calent, n̄ manet indeterminata ad opus, et ad n̄ opus; aut si adhuc irresoluta, et indeterminata maneat, id sane vitio vertitur; atque Deus (Sapientissimus certo cognoscit, quidquid cognoscibile est; ac proinde cognoscit ab aeterno rationes omnes convenientiae, et

disconvenientiae

dissumientis, quae oriri possunt; imo eo certissime cognoscit, num ipse res productura, aut non productura sit: quod est impossibile, quod maneat irresolutus, et indeterminatus circa huiusmodi productionem, aut non productionem: haec contra patet ex antecedenti; et, ut veritatem fatear, patet mihi se ex ipsis terminis.

Respondeo ad argumentum, quod nulla est imperfectio in Deo, ex eo, quod licet omnia certissime cognoscat, adhuc non efficiat actum positivum circa non productionem rei non producendae; neque quod Deus actum hunc non eliciat, id provenit ex eo, quod clare cognoscat talem actum nulla ratione requiri, ut res non producatur, aut, ut ipse habeat aliquam perfectionem, sine qua esset imperfectus, quia licet potentia ad eliciendum actum illum sit omnino requisita, ut Deus sit, qualis perfectus esse debet, at, quod actum re ipsa eliciat, non est perfectio simpliciter requisita; et alioquin libertas generalis contradictionis est perfectio Deo digna, et ea quidem Deo deficeret, si non posset ab utroque actu contradictionis circa idem obiectum se suspendere: et idem est in quovis agente creato, neque si ex perfecta cognitione, qua clare cognosceret, non esse opus actu positivo, ut res omitteretur, actum ipsum omittat, nulla est in eo imperfectio; et gratis diceretur agens creatum ineffectuale esse imperfectum, eo praecise, quod ex perfecta cognitione rerum, et ex plena potestate circa suos actus illos omitteret, quo rei omissionem decernere posset.

Respondent alii, quod licet omnia Deus certissime cognoscat, adhuc non eliciat actum positivum circa non productionem rei non producendae, neque, quod Deus actum hunc non eliciat, id provenit ex eo, quod clare cognoscat talem actum nulla ratione requiri, ut res non producatur, aut, ut ipse habeat aliquam perfectionem, sine qua esset imperfectus, quia licet potentia ad eliciendum actum illum sit omnino requisita, ut Deus sit, qualis perfectus esse debet, at, quod actum re ipsa eliciat, non est perfectio simpliciter requisita, et alioquin libertas generalis contradictionis est perfectio Deo digna, et ea quidem Deo deficeret, si non posset ab utroque actu contradictionis circa idem obiectum se suspendere: et idem est in quovis agente creato, neque si ex perfecta cognitione, qua clare cognosceret non esse opus actu positivo, ut res omitteretur, actum ipsum omittat, nulla est in eo imperfectio; et gratis diceretur agens creatum ineffectuale esse imperfectum eo praecise, quod ex perfecta cognitione rerum, et ex plena potestate super suos actus illos omitteret, quo rei omissionem decernere posset. Haec sane sunt, quae satis dubium mihi mentem trahunt, et quae non patiuntur, quod aliter, quam ipsa rerum apprehensione in se statutum veniam.

P. dicet

Si dicat aliquis non manere Deus indeterminatus ad operandum, et ad non operandum per hoc, quod se suspendat ab utroque actu, de quo in praesentia loquimur; sed determinari absolute, et simpliciter ad non productionem sui per hoc, quod productionem ipsius non decernat. Contra etiam solutio haec inutilis est, et indigna viro docto: nam si solutio ista intendatur Deus determinari negative ad non productionem sui per hoc, quod ad productionem non se determinet, verum quidem est; caeterum ad praesens institutum nihilo deservimus; quoniam determinatio negativa ad extremum negativum est dubium contradictorium, quae determinatio sit per non determinationem ad extremum positivum, non tollit, quod agens maneat simpliciter indeterminatus ad operandum, et ad non operandum pro tempore immediate sequenti ad illud instans pro quo tale agens sit indeterminatum, non determinatus ad operandum; quia licet pro instanti isto nequeat agens esse ad operandum determinatum eo, quod nequit componi simul duo contradictoria, potest tamen se determinare ad operandum immediate post illud instans, aut perseverare in omissione determinationis ad operandum, ut est evidens in Philosophia: hoc autem genus indeterminationis indignum esse Deo arbitror.

Si vero in illa solutione dicatur Deus determinari positive ad non operandum hoc ipso, quod non se determinet ad operandum, solutio ex quidem argumentum nostrum ipsa elevat, sed quia est contra ..., aut ea solutio reputata esse argumenti, quo probari Deus manere irresolutum, et indeterminatum ad operandum, et ad non operandum, si ab utroque actu contradictorio se suspendat. Sed neque quod dicitur Deus determinari ad non operandum, hoc ipso, quod non se determinet ad operandum, ut sensus sit Deus elicere actum volitionis, quo non operari decernat, hoc ipso, quod non eliciat actum volitionis, quo decernat operari, et hoc certum est, de quo contendimus: neque sit Deus debeat elicere decretum non operandi, hoc ipso, quod decretum operandi non eliciat, atque adeo supponit ipsa quaestio quam contendimus.

Quod si sensus sit Deus determinari ad non operandum, hoc ipso, quod non se determinet ad operandum, quatenus per ipsam non determinationem ad operandum, et per immutabilitatem divinam sit decernens, et non Deo vere cognitum, determinatur Deus ad permanendum in aeternum in ea omissione. Sed contra in quo, hoc intendatur, quod dicitur Deus determinari ad non operandum hoc ipso, quod non se determinat ad operandum; tamen si duo ..., quod ..., immutabilis divina non obstet; quominus Deus eliciat in tempore actum volitionis, quem ab aeterno non elicuit: ~~qua de re in sequentibus~~ Dato autem ..., quod faciliter ea doctrina intelligitur, quod possit Deus se suspendere ab utroque actu positivo contradictionis; neque enim hoc repugnet apud nos, ex ipsa indifferentia, seu imperfectione, quae refunderetur in Deum sit irresolutum, et indeterminatum esse Deum, haec certe est irresolutione, seu indeterminatione determinata nihil est, rare eius ea actus suspensio impossibilis Deo sit, ut hactenus per praecedentia contra expendimus.

1 Explicaturus aggredior diffi-
cultatem non solum celebrem, sed valde difficilem, et notatu
dignam cum meritis gratuitatis, cuius significationem audio Apost.
dicentem, quod momentaneum, et leve nostrae tribulationis, aeternum considerem
pondus operatur in nobis. quid autem gravius, quid pretio-
sius, et excellentius de via meriti praedicari potuit? aeter-
nitatis moli comparatur? aeternae felicitatis nostrae operoso moli-
mini ad aequilibrium appendit, et totam quantam hoc magni-
tudinem cum quanta concepit? si autem nostram difficultatem et vali-
tatem expendam, scio dicere sermonem habendum, inquirendo
difficultas, num actio externa addat meritum supra meritum
actus interni? an sicut actus internus meritorius statim
ipsum nobis constituit debitorem; ita etiam actionis externae coniunctae
cum actu interno habeamus ius aliquod ratione cuius supremum
Numen adstringamus, ut maiori praemio eius aeterna beatitudine
praemiemur. hic est nostrae praelectionis scopus
Ergo ut clariori bre-
2. vitate procedam hanc lectionem inter partes divisam offeram
in quarum 1a litteram magistri aperiam et aliqua supposita
ad intelligentiam necessaria, quae sententiis simul cum fundamentis
referam. in 2a meam mentem aperiam, et in 3a si per tempus
licuerit argumenta ut potero tela adversariorum enervabo,
et ut in aeternitatis meritum ingredi possimus, faveat nobis
ipsum aeternum praemium, numque Deus trinus et unus, cuius
aeternam, et individuam maiestatem cultu demississimo veneror,
adsit sanctissima Deipara ab omni labe in suo sta Conceptionis in-
stanti integerrime praeservata, adveniat ... et munifice
provoluta, adsint et alites, quos peculiari munere voto ...
mei fautorem Patronum elegi, ... quos aeterno praemio ...
et talium actionum nostrarum experiri ...

Inc. Dicor. libtur

His ita praesuppositis, ut ostendam di=
Sed hæ solutiones facillime rejici possunt, et id circo prior solutio refellitur 1.o quia Deus ut unus præsupponitur ad personalitates relativas distinctivas trium personarum habet rationem principij quod productivi effectuum ad extra. 2.o trinitas personarum non concurrit per se ad opera ad extra nec per seitate principij quo formalis nec per seitate principij quod et id circo pure concomitanter concurrit trinitas personalis ad productionem operum ad extra. Probatur ans. nam Deo proprior ad relationes iuxta veriorem, et communiorem sententiam convenit subsistentia absoluta; sed ratione subsistentiæ absolutæ constituitur principium quod operationum essentialium, cuiusmodi sunt velle intelligere et creare: 2.o trinitas relativa personarum non concurrit perse ad productionem creaturarum etiam ut principium quod sed pure concomitanter propter eius identificationem cum principio perse: maior supponitur ab aliquibus adversariorum et constat ex communi doctrina non solum nostrorum Thomistarum verum etiam scotistarum qui unanimiter affirmant: Deo secundum se convenire subsistentiam absolutam independenter a relationibus, quibus etiam subscribunt Suarez, Miranda, Bellarminus, Granadus, quamvis hic videatur favere sententiæ quam in præsenti impugnamus et etiam patet aperte pluribus testimoniis D. Thomæ, et præcipue ex quæstione. 9. de potentia art. 5. ad 13 ubi docet Angelicus Præceptor Deus ut unus subsistere perse independenter

a

a relationibus his verbis: in divinis autem proprietates personales hoc solum habent, quod supposita naturae divinae ad invicem distinguunt non autem sunt principium subsistendi per se naturae divinae, ipsa enim natura divina est secundum se subsistens id est proprietates personales habent quod subsistunt ab essentia: legatur D. Thom. 3 p. q. 2 art. 2. in corpore cuius doctrina consonat 6. synodo Generali quae ubi detrahit Deo ut uno convenire subsistentiam absolutam et communem distinctam a subsistentiis relativis his verbis: confitemur patrem et filium et Spiritum Sanctum non tres Deos, id est unum Deum non tria natura subsistentiae absolutae, sed trium subsistentiarum seu personarum subsistentias. supposita igitur certitudine theologica sententiae concedentis Deo ut uno subsistentiam absolutam et independentem formaliter a tribus subsistentiis relativis probatur minor in qua asseritur ratione subsistentiae absolutae Deum esse absolute principium quod productionis creaturarum, nam ratione huiusmodi subsistentiae Deus ut unus intelligitur ut existens per se ut quod, id est nequit aliquid esse existens et subsistens ut quod vel prout sic includat virtutem quo operativam non esse principium quod operandi: tunc sic: sed Deus ut absolute subsistens ratione subsistentiae absolutae includit per identitatem virtutem qua operativam aut productivam creaturarum nimirum omnipotentiam: ergo Deus ratione subsistentiae absolutae ut distinctae a subsistentiis relativis constituitur principium quod productivum effectuum ad extra, et idcirco trinitas personalis non concurrit per se ad productionem creaturarum nec ut principium quod aut quo, ac proinde solum concomitanter et per accidens attribuitur trinitati personarum productio effectuum ad extra.

Nec satisfacit si adversarii concessa subsistentia absoluta divinae naturae proprioni ad subsistentias relativas dicant, per huiusmodi subsistentiam communem tribus personis non constitui Deum principium quod operativum ad extra, quia ad rationem principii quod operativi aut operantis non sufficit esse subsistens per se perseitate independentiae sed insuper requiritur, quod subsistens personaliter aut suppositaliter, quia actiones sunt suppositorum aut personarum et non praecise naturae absolute subsistentis aut existentis.

Non inquam satisfacit hoc effugium, quia ad rationem principii quod operativi ad extra nullatenus per se requiritur subsistentia personalis ut distincta a subsistentia absoluta. ergo Deus ut unus ratione subsistentiae absolutae

absolute concurrit ad productionem operum ad extra ut principium quod,
perse quin trinitas personalis perse exigatur ad huiusmodi productio-
nem, nec per seitate principii quod, aut quo operativi. Prob. ans. 2o
nam in divinis ut docet D. Thom. loco nuper praeallegato subsistentia
personalis solummodo praestat distinctionem aut incomunicabilitatem unius
personae divinae respectu alterius, cum solummodo tribuat distinctionem
relativam suppositis naturae divinae: sed ut Deus sit absolute principium quod
operationis essentialis, cuiusmodi est creatio effectuum ad extra non requiritur
perse ut terminetur pluribus subsistentiis personalibus praestantibus incommu-
nicabilitatem, et distinctionem personalem, sed sufficit ut existat et subsistat
perse cum virtute qua productiva creaturarum. ergo non requiritur perse per-
seitate principii quod ad productionem creaturarum trinitas personalis: minor
constat nam anima rationalis quatenus existit separata a corpore est principium quod
ellicitivum intellectionis, et volitionis quamvis in statu separationis non
sit subsistens subsistentia personali praestante incomunicabilitatem; sed non alia
ratione competit animae separatae ratio principii quod ellicitivi intellectio-
nis, nisi quia prout sic existit, et subsistit perse subsistentia absoluta prae-
stante perseitatem independentiae, substantialis sive incommunicabilitate, ergo
perse solummodo requiritur ad rationem principii quod operationis essentialis in Deo sub-
sistentia absoluta ut praeintellecta subsistentiis relativis aut personalibus,
nam Deus ut unus ratione subsistentiae absolutae existit, et subsistit perse, et
insuper independenter a subsistentiis relativis sibi identificat omnia quae est
principium quo statuitur proxime productivum creaturarum. ac proinde trinitas per-
sonalis non praestat Deo formaliter et perse esse principium quod, aut quo productivum
creaturarum. Unde illud commune adagium philosophorum, quo asseritur actiones
esse suppositorum, non debet restringi praecise ad supposita personaliter incommu-
nicabilia, sed extenditur adaequatius ens subsistens perse ut quod. quia et si
in rebus creatis communiter eadem subsistentia praestet naturae substantiali indepen-
dentiam substantialem et incommunicabilitatem; caeterum substantia creata non habet esse principium
quod operativum suae operationis ab incommunicabilitate personali sed a sua sub-
sistentia sub illa reduplicatione secundum quam praestat ipsi perseitatem
aut independentiam in essendo et operando.

2o reijcitur eadem solutio, nam cate-
nus in divinis subsistentia personalis, qua una persona personaliter distinguitur
ab altera praestat personae producenti esse principium quod actionis notionalis quatenus
sine huiusmodi subsistentia non subsistit distinctio realis termini producti a principio

quod,

quod notionaliter producenti, cum ratio sit concedenda realis distinctio inter prius quod realiter producens et terminum ab ipso realiter productum; sed dato impossibili quod Deus ut unus non haberet subsistentias personales ut distinctas ab subsistentia absoluta neque productionis effectus ad extra Deus esset prius realiter distinctum ab huius effectibus, cum nullatenus exigatur trinitas personalis nec ad continentiam eminentialem effectivam creaturarum nec ad realiter distinguendum creatorem a termino realiter producto per actionem creativam. Ergo quamvis subsistentia personalis distinctiva unius personae ab altera per se exigatur ad rationem principii quod actionis notionalis cuiusmodi est productio filii, aut spiritus sancti nullatenus tamen requiritur per se ad rationem prius quod creationis aut productionis effectuum ad extra.

2a solutio

adversariorum asserens trinitatem personalem requiri per se ex parte prius effectivi quo Deus operatur ad extra non tanquam rationem aut virtutem qua operandi sed ut complementum aut conditionem sine qua non completiva, aut modificativa divinae omnipotentiae ad operandum ad extra, quae solutio imbecillior est priori hactenus impugnata et ut certo refellitur 1o. nam ex hac solutione sequitur tres subsistentias relativas eodem modo concurrere ex parte principii quo productiva creaturarum sicut subsistentia relativa patris concurrit cum principio quo productivo filii, cum iuxta hanc solutionem sicut intellectus divinus non est absolute potentia generativa filii nisi prout in patre seu quatenus modificatur relatione paternitatis, omnipotentia divina non sit absolute operativa effectuum nisi quatenus reduplicative tota tribus personalitatibus seu prout in patre, filio et spiritu sancto collective; sed falsum est trinitatem personalem collective sumptam concurrere cum omnipotentia ad operandum ad extra eodem modo, quo subsistentia relativa patris cum potentia generativa filii ad generandum, ergo trinitas personalis non concurrit cum omnipotentia divina nec per modum virtutis operantis nec per modum complementi aut conditionis sine qua non. Deus non esset complete potens ad operandum ad extra.

Probatur minor. eatenus absolute et catholice verificatur intellectum divinum prout in patre esse potentiam generativam aut productivam filii quia in altera persona praeter personam patris sit simpliciter et absolute potentia generativa filii, quatenus subsistentia personalis complet intellectum divinum per modum complementi aut conditionis sine qua non ad actualiter generandum aut producendum filium sed certum est omnipotentiam divinam non solum ut communicatam tribus divinis personis verum etiam prout seorsim et divisive repertam in qualibet persona determinata esse complete potentem ad productionem cuiusvis effectus ad extra. ergo trinitas personalis non concurrit cum omnipotentia ad operandum ad extra nec per modum complementi ipsum complentis

aut

ad operandum nec per modum virtutis operativae et ideirco falsum est in
Deo ad operandum ad extra concurrere consortium trium personarum, eodem pacto
quo ad generandum ad intra concurrit relatio paternitatis, aut ad spirandum
duas relationes personales patris, et filij. probatur minor 1° nam Deus pro
priori originis ad productionem filij et Spiritus Sancti est complete et
integre omnipotens, et consequenter absolute potens ad producendum quemcumque
effectum creatum aut creabilem ad extra. ergo non solum tribus personis collective
sumptis verum etiam cuilibet personae determinate divisive, seu ut distincte
ab altera competit complete ratio potentiae operativae ad extra: antecedens vero patet nam
filius usque a patre habet acceptum et communicatum attributum omnipotentiae, et ceteras
perfectiones essentiales. ergo in priori originis ad filium pater habet essentiae divinae
est complete et integre potens ad creandum effectus ad extra = 2° probatur minor
non solum catholice verificatur: tres divinas personas collective sumptas esse simpliciter
et absolute omnipotentes ad producendum effectus ad extra verum etiam divisive de
qualibet persona divina ratione naturae verificatur illam secundum se esse sim-
pliciter omnipotentem ad opera ad extra. sed si tres subsistentiae relativae collec-
tive complerent omnipotentiam ad extra operandum nullatenus verificaretur de
qualibet persona divisive sumpta illam esse simpliciter et absolute potentem ad
creandum ad extra. ergo prius effectivum quo Deus operatur ad extra non requi-
ritur nec per modum complementi, aut conditionis sine qua non trinitate per-
sonalem aut complexi tribus subsistentijs relativis ad posse operandum ad extra
minor supponitur, et declaratur catholice in Symbolo S. Athanasij ubi divisive
asseritur de qualibet persona divina illam esse omnipotentem seu potentem produ-
cere quecumque effectus creabiles his verbis. pater est omnipotens, filius est
omnipotens, spiritus est omnipotens, non tres omnipotentes, sed unus omnipotens, et minor
probatur, ideo non verificatur de altera persona divina praeter patrem posse ge-
nerare filium aut illum realiter producere quia intellectus divinus, quo pater
generat etsi formaliter sit perfectio essentialis aut absoluta completur tamen ad ge-
nerandum per specialem relationem paternitatis ut distincta a relatione
filij et spiritus sancti. ergo si compleretur omnipotentia divina ad operandum ad extra
simul et collective per tres subsistentias relativas nullatenus verificaretur
aliquam personam divisive sumptam esse simpliciter omnipotentem ad operandum
ad extra et ideirco non vere diceretur deum patrem secundum se esse omnipo-
tentem ad opera ad extra; sed praecise Deum ut reduplicative subsistentem
tribus subsistentijs relativis nimirum ut modificatum numero collectivo
trium

triuz personalitatez.

2° reijcitur eadez solutio: productiva creatio effectuz ad extra é operatio essalis Dei prout distincta ab operatione notionali: sed quamvis subsistentia relativa compleat patrez productivez per mdu complementi aut conditionis siné qua ñ ad notionalitr operandu, ñ tñ cuncurrit perse nec per mdu complemti: nec per mdu virtutis operativez ad operandu operatione absoluta et essentiali: g° falsu é trinitate personale seu tres subsistentias personales perse complere divina opõa ad extra operandu. maior supponitur, cu creatio effectuu ad extra sit actio comunis tribus personis: pbr duplicitr minor 1° nam, ideo in divinis patez notionalitr producens ad intra exigit perse saltz per mdu complemti subsistentia relativa, quia siné huiusmodi subsistentia ñ ëet intelligibilis habitudo distinctionis realis inter patrez notionalitr producens et filiu ab ipso realitr productu, cu subsistentia personalis patris sit notio distinctiva primez personez asileo: sed siné subsistentijs relativis, qbs divinez personez personalitr distinguuntr inter se Deus ut unus ñ soluz het ex se virtutez aut põa ad operandu ad extra verumetz realez distinctionez principij operantis à tuo ad extra producto, cu Deus ut unus independentr a trinitate personali aut relativa sit patez realitr distinctus ab quovis effectu creato ad extra producto: g° tres subsistentiez relativez distinctivez divinarum personaru ñ concurrit per se cu prio productivo effectuu ad extra nec prestando ipsi virtutez operativa, nec intrinsecez complementu ad operandu. 2° pbr mir quemadmodu velle et intelligere in Deo é operatio essentialis. et ñ notionalis aut personalis ita et creatio reru ad extra. sed Deus ut unus ut prointelligitur subsistentijs relativis é intelligens et volens intellectioe essalí ut perse patet, nec intrinsece completr intellectus divinus ad posse absolute intelligendu per aliqua subsistentia personale licet ad intelligendu notionalitr compleatr personalitate patris, g° ad operationes essentiales ut distinctas a operatione notionali nullatenus perse concurrunt subsistentiez relativez nec prestando creatori virtutez productivaz ad extra nec complementu ad operandu, siquidez ut docet D. Thas loco supra preallegato in divinis subsistentiez relativez prestant distinctionez et incommunicabilitatez suppositis divinez naturez, ñ autz ullatenus complent omnipotentia ad operandu ad extra, sed tantummodo stant naturaz divina ex se completé potentez ad operandu ad extra

3° reijcitur eadez solutio quia si per impossibile Deus ñ eet trinus trinitate personali, simplicitr et completé foret potens ad creandu quecumque effu creatu aut creabilez ad extra. siquidez ethnici, qui errore existimabant, Deuz ñ eë trinuz trinitate personali nullatenus erraverunt asserendo: Deuz ut unu eë simplicitr

oipotentez

omnipotentes ad operandum ad extra. sed si subsistentiae relativae, quibus in
divinis constituitur trinitas personarum, complerent per modum intrinseci complementi
aut conditionis sine qua non omnipotentiam divinam ad posse operandum ad extra, nulla-
tenus esset concedendum in aliqua hypothesi etiam impossibili Deum ut unum esse sim-
pliciter et complete potentem ad operandum ad extra. ergo trinitas personalis nec
constitutive nec completive concurrunt cum omnipotentia ad operandum ad extra sed
pure concomitanter ratione realis identitatis cum primo principio productivo
effectuum ad extra: maior supponitur quia dato impossibili quod Deus esset unus et
non subsisteret tribus subsistentiis relativis haberet plenitudinem potentiae et sapientiae
et idcirco contineret effective eminentaliter perfectionem cuiusvis effectus creabilis.
et minor probatur nam in nulla hypothesi potest reddi Deo potentia ad generandum filium seclusa
subsistentia relativa paternitatis non alia ratione nisi quia intellectus divinus com-
pletur relatione paternitatis ad generandum filium non tanquam ratione formali communi-
candi naturam suo genito, sed tanquam complemento aut conditione sine qua non
Deus requiret generare filium, ergo si subsistentiae relativae quibus constituitur trini-
tas personarum, concurrerent cum omnipotentia divina ad generandum effectus ad extra
per modum complementi aut conditionis naturae sine qua non, in nulla hypothesi etiam
impossibili, esset concedendum Deum ut unum posse absolute et simpliciter creare
effectus ad extra.

2° probatur nostra conclusio alia ratione fundamentali, quae innititur propriae
et essentiali exigentiae effectuum ad extra. qui nullatenus per se exigunt ex parte
primi principii effectivi trinitatem personarum aut suppositorum ~~[illegible]~~ ex hactenus
dictis constat subsistentias relativas distinctivas trium personarum non exigi
per se perseitate formali aut causali ex parte primae causae productivae effectuum
ad extra, quo circa superest modo probare ex parte huiusmodi effectuum, id est
essentialis exigentia aut dependentia nullatenus per se exigi dependentiam
a Deo ut trino, sed solummodo a Deo ut uno; quia effectus producibilis ab
aliqua causa ut principio effectiva solummodo exigit per se ex parte causae produc-
tivae virtutem integram ad eius productionem; sed trinitas personalis non praestat
Deo virtutem productivam effectuum ad extra. ergo huiusmodi effectus non dependent per se
a Deo ut trino, sed per se exigunt per se procedere a Deo ut uno. maior
constat discurrendo per omnes effectus producibiles a causis per se: ideo enim
productio caloris solummodo per se exigit ex parte principii calefacientis vir-
tutem calefactivam, quia secluso quolibet alio integre reperitur totalis activitas
effectiva caloris in quocunque subiecto receptivo ipsius. et minor probatur tum quia virtus
productiva creaturarum ad extra convenit Deo ratione omnipotentiae, ut per se patet.
sed Deus non constituitur omnipotens subsistentiis personalibus; alioquin Deus ut unus

non

n̄ est summe perfectus. g.º trinitas personalis n̄ prestat Deo formalitr virtutis effectivæ creaturarum, et ideirco nec perfectionem causalem perse exactam apprxa exigentia ipsarum ut sint per se effectus producibiles a Deo. Tum etiam quia ex parte primi principii productionis effectuum ad extra virtus productiva huiusmodi effus consistit in perfectione superiori eminentialitr precontinente perfectionem cuiusvis entis creabilis, sed subsistentiæ relativæ n̄ prestant Deo eminentialem continentiam effus ad extra, sed presise constituunt divinas personas in esse personalitr distinctas ut supra ostendimus expresso testimonio D. Thome. g.º nullatenus prestant prio effectivo creaturarum virtutem productivam ipsarum, et ideirco per se n̄ exigunt secundum dependentiam exactam ex parte ipsarum. Sumus pbr eadem mir quia illud qd n̄ mectitr cum effu producto aut producibili ex parte sue cae nullatenus exigitr perse ad formalem dependentiam huiusmi effus: sed trinitas personarum n̄ mectitr nasco cum effectibus creatis ad extra productis. g.º creaturæ inqtum effus prime cae n̄ exigunt, nec petunt per se ex parte prii productivi trinitatem personarum sed presise perse exigunt procedere a Deo ut uno pbr mir nam Deus solummodo connectitr cum effectibus creatis ad extra productis quatenus eorum dependentiam stat, sed n̄ stat dependentiam creaturarum roe trinitatis personalis sed presise roe omnipotentiæ aqua prestatr Deo potestas causativa omnium effuum ad extra g.º trinitas personarum n̄ mectitr in roe cae cum effectibus creatis ad extra productis et ideirco perse n̄ exigitr ut huiusmi effus sint causative dependentes a Deo.

3.º Ipsatr nam illud quo per impole ablato adhuc subsisteret dependentia effus a sua cā, n̄ petitr perse ex parte causæ ppter exigentiam huiusmi effus: sed dato per impole qd Deus n̄ esset trinus adhuc subsisteret dependentia creaturarum abipso cum in hac hypotesi creaturæ eent entia per participationem et ideirco dependentes a 1.º ente per essentiam cuiusmodi ē Deus ut unus. g.º effectus creati nullatenus perse exigunt dependere aut procedere a Deo ut trino, et ideirco eorum exigentia in roe effus n̄ petit ex parte prime cae trinitatem personalem quamvis tum prius perse causativum huiusmodi effectuum in re identificetr tribus personis que ideo dicuntr concomitantr et quasi per accidens occurrere ad productionem operum ad extra.

4.º pbr nra sc.º persuadendo creaturas rōe effus nullatenus exigere trinitatem personarum ut cam aqua per se petant dependere; g.ª quilibet effus per se depens ab aliqua cā is quidditative aut comprehensive

connectatur

cognoscatur aposteriori demonstrat existentiam propriae suae causae, cum effectus proprius cuiusque
causae sit medium demonstrandi ipsam demonstratione aposteriori ut dictum est explicatus
in logica in tractatu de demonstratione. Sed nullus effectus ad extra creatus adeo
qui sit quidditative aut comprehensive cognoscatur ab intellectu creato potest scientifice
demonstrare existentiam trinitatis personalis. Ergo trinitas personarum non est causa per se exacta
a dependentia causali effectuum ad extra. Maior ostat, et minor probatur contra, omnium
sacrorum fere Theologorum et Sanctorum Patrum, ut patet ex D. Aug. lib. 3. de trinit.
cap. 2. mysterium trinitatis scilicet in unitate essentiae divinae et trinitate personarum
nequit naturali virtute alicuius intellectus creati evidenter aut scientifice demons-
trari nec demonstratione apriori nec aposteriori quae sententia supponitur a theologis
adeo certa ut censeatur a pluribus doctoribus ut haeretica sententia contraria et ab aliis
saltem iudicetur ut temeraria sed si effectus ad extra creati adeo quidditative
aut comprehensive cogniti ab intellectu angelico aut humano possent ducere in de-
monstrativam aut scientificam cognitionem existentiae trinitatis personalis aut trinitatis
personarum demonstrare aposteriori nullatenus esset negandum absolute intellectum cre-
atum nec naturali non posse demonstrare existentiam aut an est mysterii trinitatis, cum in
hac suppositione daretur medium [struck: ~~[illegible]~~] aut proprium naturale quo intellectus creatus posset
naturaliter demonstrare trinitatem personarum, nimirum effectus ad extra quorum aliqui
comprehensive cognoscuntur ab intellectu angelico, et quidditative ab intellectu humano
posse naturaliter cognoscendo absque revelatione supernaturali ergo supposita certitudine sententiae asse-
rentis nullum intellectum creatum posse nec aut virtute naturali demonstrare existentiam trinitatis
nequit reddi aliquem effectum creatum ad extra productum posse ducere in cognitionem scientificam
aut demonstrativam trinitatis personarum et ideo effectus creati non dependent a trinitate personali
tanquam a causa per se, sed per se procedunt causaliter per se a Deo ut uno, cum solummodo ex crea-
turarum dependentia a sua causa evidenter demonstretur unitas et ipsa ipsius et non trinitas
personalis.

Ergo praeterea philosophi naturales pure naturaliter discurrentes ex effectibus naturalibus
adeo ad extra productis pervenerunt ad demonstrativam et scientificam cognitionem sui causae
rerum naturalium cum Aristoteles et reliqui philosophi gentiles adhaerentes eius doctri-
demonstrative concludant existentiam sui causae productivae creaturarum aut an est sui primi in
rerum causae rerum naturalium sed philosophi naturales naturaliter cognoscentes sui causam rationem
si prius per se causative rerum naturalium nullatenus cognoverunt trinitatem personarum
nec deduxerunt ex cognitione effectuum creatorum sui causam esse trinam personaliter, ergo res
create ut causaliter dependentes adeo aut sua causa non exigunt per se causam a tri-
nitate personarum sed precise per se procedunt a Deo ut uno, quia si Deus ut trinus
esset causa per se creaturarum nequiret demonstrative cognosci existentia sui causae
ex eius effectibus quin existentia trinitatis cognosceretur cum cognitio fundata in
cognitione effectus tum sub tali reduplicatione effectus per se dependentes ab aliqua
causa natura inferat aposteriori cognitionem causae per se et ideo si existentia
Dei rationem sui causae effectivae creaturarum demonstratur a philosophis naturalibus
discurren-

discursu quo illateny ab ipsis demonstrata exista trinitas trino deducitur trinitas personalis nullateny ee causa perse effus ad extra.

Urgetur magis naz ratenus effus ad extra creati adeo defacto deducunt nrum intllum ad cognitionem naalem et scientificam unius 1ª cae seu unitatis Dei quatenus Deus ut unus e fralit et perse 1ª caa rerum creatarum g° si Deus reduplicative ut trinus eet perse caa effuum ad extra euismodi effus defacto ducerent intllum n solum ad cognitionem scientificam unius 1ⁱ prius verum etz trinitatis personalis cum certum sit quamlibet caam perse cuiusvis effus quoad exista ee demonstrabilem per cognitionem ipsius.

Rursus 2° frali quivis effus perse caalitr depens ab aliqua caa connectitur cum ipsa connexione frali aut naria sed effus creati ad extra 2us frale roe effus 1ª cae n connectuntr cum Deo ut trino g° trinitas personarum n spectat fralitr et perse ad roem 1ª cae effective creaturarum sed solum concomitanter concurrit ad earum productionem aut caalitatem nia pro nullum extremum fralitr connexum cum altero potquid ditative cognosci quin saltem quoad an e cognoscatur stans huiusmi connexionis. sed creaturae cognoscuntur ab intllu creato quatenus sunt effus 1ª cae quin illatenus exclusa revelatione supernaali fidei cognoscatur trinitas personarum, ut aperte pet ex supra dictis. g° effus ad extra 2us frale roe effus n connectuntr cum trinitate personali, et ideo n respiciunt ut caam perse Deum ut trinum sed solummodo caantur per se a Deo ut uno.

3° frali caa per se cuiusvis effus ipsum respiciat saltem habitudinem connexionis naziae cum eo caa per se connotet suum proprium effum vel connexive vel relative ut modo supponitur 2us versionem saa philosophorum sed relationes relativae qbg tres divinae personae personalitr distinguntur intra se nullatenus connotant effus creatos ad extra productos nec habitudinem connexionis aut relationis predicamentalis aut transcendentalis cum relationes divinae 2us se solummodo referant divinas personas ad invicem illas intra se personalitr distinguendo et nullatenus prestando ipsis aliquam habitudinem ad creaturas g° trinitas personalis n concurrit per se per rationem formali aut caali ad productionem effuum ad extra. legatur D. Thos: in 1. distinct. 3. qe 1. art. 4. et 1. pe qe 32 art. 2. et in disputatis qe 10 de verit. art. 13. ubi docet aperte trinitatem personarum nullatenus habere roem caae per se respu productionis creaturarum his verbis: ex effectibus potest pervenire ad cognitionem caae per se ex sensibilibus autz n possumus pervenire ad cognitionem divinarum personarum 2us propria ipsarum, q a omne illud qd in divinis caalitem het ad esse pertinet, cum Deus p essam suam sit caa rerum: propria autz personarum sunt relationes, qbg personae n ad creaturas, sed ad invicem referuntur: qbg verbis angelicus preceptor expresse docet subsistentias relativas distinctivas personarum nullam habitudinem caalem ex se importare respu operis ad extra.

et

et ideirco illas ex proprietate personales non requirere perfectate causali ad productionem huiusmodi effectus.

Proponuntur et Solvuntur adversariorum precipua argumenta

1° arguitur persuadendo trinitatem personalem requirere per se ad productionem effectus ad extra, nam eatenus trinitas personalis juxta nostram doctrinam non requiritur per se ad productionem effectus ad extra quatenus vis creativa aut productiva creaturarum cuiusmodi est omnipotentia est perfectio essentialis conveniens cuilibet personae ratione deitatis sed quamvis tres divinae personae defacto producant creaturas per eandem virtutem creativam sibi communem ratione essentiae ex hoc non deducitur pluralitatem personarum non requirere per se ad productionem creaturarum. ergo fundamentum cui innititur nostra sententia ad negandum trinitatem aut pluralitatem personarum non requirere per se ad productionem creaturarum est omnino ruinosum et incertum probatur minor nam quemadmodum defacto tres divinae personae creant effectus ad extra per eandem potentiam aut virtutem creativam ita Pater et filius producunt personam spiritus sancti per eandem virtutem spirativam cum in divinis, virtus qua spirativa spiritus sancti sit communis patri et filio sicut omnipotentia aut virtus creativa effectus ad extra est communis tribus personis. sed et si virtus spirativa sit communis patri et filio et adequate reperiatur in qualibet earum sumpta ceterum productio spiritus sancti per se petit in principio producente dualitatem suppositorum aut personarum cum juxta communiorem sententiam Theologorum contra Scotum spiritus sanctus ratione suae proprietatis personalis exigat procedere per se a duobus suppositis: ergo similiter quamvis virtus creativa effectus ad extra sit communis tribus divinis personis et adequate resideat in qualibet ex tribus seorsim sumpta poterit trinitas personarum per se exigi ad productionem huiusmodi effectus. Ad hoc argumentum R.

quod etsi vis spirativa spiritus sancti sit communis patri et filio, et adequate reperiatur in utraque persona seorsim sumpta ceterum exigentia tum spirati nimirum spiritus sancti ratione proprietatis personalis petit per se dualitatem personarum aut suppositorum ad sui productionem quia spiritus sanctus defacto est tanquam amor mutuus amicabilis et reciprocus et ideirco ex sua proprietate personali exigit procedere a duabus personis se invicem mutuo et amicabiliter diligentibus quia non subsistit ratio amoris mutui aut amicabilis absque distinctione personarum se invicem diligentium, et ideirco cum spiritus sanctus ex proprietate personali sit tanquam mutuus et amicabilis amoris exigit ex parte principii quod spirantis duo supposita se invicem reciproce diligentia eadem dilectione; ex quo patet disparitas nam in effectibus creatis a Deo extra productis non reperitur aliqua formalitas aut proprietas exigens ex parte principii creantis pluralitatem personarum nec ex parte principii quo nec ex parte principii quod ut supra ostendimus

ostendimus et ideirco trinitas personarum non exigitur per se ad productionem creaturarum nec propter exigentiam principii creantis cum Deus sit in actu potens creare subsistentiis personalibus. ut patet ex dictis nec propter exigentiam effectus creati quia ex se non importat aliquam proprietatem aut conditionem potentem procedere a tribus suppositis.

2° potest respondere, reddendo aliam disparitatem, nam eatenus spiritus sanctus per proprietatem personalem petit procedere a virtute spirativa ut modificata duabus subsistentiis relativis nimirum paternitate et filiatione quatenus personalitas constituta de facto relatione realiter distinguitur realiter non solum a persona patris, sed etiam a persona filii et ideirco per proprietatem distinctivam ipsius in esse personae exigit per se procedere tanquam a principio quod a duobus suppositis aliquo realiter personaliter distinguitur. creaturae autem productae a Deo per virtutem creativam nullatenus constituuntur in esse effectus per aliquam habitudinem aut relationem ad trinitatem personalem sed in esse creaturae solummodo important relationem dependentiae ad primam causam per essentiam cuiusmodi est Deus ut unus. ut supra ostendimus et consequenter effectus creati non exigunt per se procedere ab omnipotentia tribus personalitatibus.

2° arguitur probando effectus creatos per se causari a trinitate divinarum personarum quia causa per se cuiusvis effectus non solum petitur ex virtute qua causativa, verum etiam ex principio quod causante, sed tres divinae personae defacto causant opera ad extra ut principium quod causativum, ergo effectus creati procedunt a Deo ut trino tanquam a causa per se per se causali, maior videtur certa, cum causa per se causativa cuiusvis effectus, id est causalis modo dicitur habere virtutem ad causandum nimirum suppositum, sed principium ut quod producens opera ad extra sunt tres divinae personae cum defacto huiusmodi ~~ad extra~~ opera causentur a trinitate personali, mediante omnipotentia concurrente ut principio quo formali. ergo productio creaturarum dependet a trinitate personali tanquam a principio quod causativo. et ideirco falsum est trinitatem personalem solum concomitanter et per accidens concurrere ad productionem operum ad extra.

3° confirmatur illud concurrit ut causa per se ad causalitatem alicuius effectus quod per se est exactum ex parte principii ad illius productionem sed sunt quidam effectus creati qui per se exigunt ex parte sui principii productivi trinitatem personalem realiter concurrentem ad eorum productionem. ergo falsum est omnia opera ad extra non dependere realiter per se a trinitate personarum probatur minor creaturae intellectuales cuiusmodi sunt homo et angelus sunt effectus primae causae operantis ad extra, sed huiusmodi creaturae dependent realiter a Deo ut trino, ergo trinitas personalis concurrit per se causaliter ad eorum productionem. minor probatur, nam quilibet effectus procedens a causa intellectuali cuiusmodi est Deus creans ad extra dependet

per

per se perseitate causali una causa exemplari sed trinitas personarum est causa exemplaris exemplariter concurrens ad productionem creaturarum intellectualium ergo huiusmodi creaturae perse causaliter dependent adeo ut trino; maior constat nam imago dependet causaliter perse ab eo cuius est imago tanquam a causa exemplari; sed creaturas intellectuales creavit adeo ut imagines trinitatis personalis iuxta illud Genes. 1º faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram unde aperte docet D. Thomas 1. p. q. 93. art. 5 in homine esse imaginem trinitatis personalis ergo saltem creaturae intellectuales perse dependent a trinitate personarum tanquam a causa exemplari alioquin non essent imago ad trinitatem personarum. 2 codex

2º probatur Deus producit effectus ad extra per suum intellectum et voluntatem et idcirco comparatur effectivus creaturis ut supremus artifex sed ad productionem cuiusvis effectus artificialis causaliter ab artifice perse causaliter concurrit Verbum intellectuale et inclinatio affectiva voluntatis requiritur ad productionem per eius intellectum et inclinationem ergo effectus producendus hinc etc. sed productioni creaturarum ex parte Dei praesupponitur productio Verbi divini et inclinationis affectivae cuius est Spiritus Sanctus. ergo Deus pater artificialiter producit effectus ad extra per verbum repraesentativum prius cuiusmodi est persona filii et per amorem aut inclinationem affectivam ergo ipsos qualis est Spiritus Sanctus, et idcirco tres divinae personae per se causaliter concurrunt ad extra creandi effectus creatos: maior supponitur, et expresse docetur a D. Thoma 1 parte q. 45 art. 6. in corpore, et minor constat agens intellectuale artificialiter operans distinguitur ad operandum verbo repraesentativo effectus tanquam idea artificiali et inclinatur aut applicatur ad actualiter producendum huiusmodi effectus et inclinatione affectiva voluntatis cum quodvis agens intellectuale in intellectu et voluntate determinatur ad producendum suum effectum; ergo si filius est verbum quo procreatur intellectus creatoris effectus creandi et Spiritus est amor quo inclinatur ad creandum necessum est asserere tres personas per se causaliter concurrere ad productionem effectus ad extra.

3º probatur et magis explicatur praecedens obiectio. Deus pater aeternus qui de facto producit creaturas requirit illas artificialiter causare ut supremus artifex qui indigeret ad eorum productionem per verbum ab se realiter productum, et per amorem ab se realiter distinctum quo affective inclinaretur ad actualiter producendum ipsos. ergo causaliter per se requirunt processionem ad productionem operis ad extra per rationem et paritatem artificis creati qui

nequit

nequit artificialiter operari nisi producendo verbum quo dirigitur practice ad operandum, et quia producit amorem quo ultimo determinatur et applicatur ad opus. ergo proportionabiliter discurrendo idem asserendum est de supremo et increato artifice atque inde sicut artifex creatus, et eius verbum et amor causaliter per se concurrunt ad opus artificiale ipsius ita pater verbum et spiritus sanctus causaliter per se concurrunt ad opera divina arte causata.

4° probatur ex D. Thoma 1° p.e q.e 45 art. 7 ad 3 quibidem docet processionem creaturarum ad extra presuponere processionem personarum et causam huius verbi: dicendum quod processiones divinarum personarum sunt causa et ratio creationis aliquomodo: sed id quod ita se presuponitur alicui effectui tanquam ratio et causa producendi concurrit per se causaliter ad eius productionem ergo si iuxta doctrinam D. Thome nuper allegatam processiones divinarum personarum ad intra, sunt causa et ratio creationis seu productionis creaturarum necesse est ut tres divine persone concurrant per se per [illegible] causali ad creatum operum ad extra. item docet D. Thomas art. 6. questionis 45. in corpore circa finem his verbis secundum hoc processiones personarum sunt rationes productionis creaturarum.

5° probatur quia in creaturis irrationalibus invenitur vestigium trinitatis personalis ut docet D. Thomas q.a p.e a.e 45 art. 7 in corpore ergo Deus ut trinus per se causaliter concurrit ad eorum productionem. consequentia patet nam vestigium per se causaliter efficitur a priori respectu cuius habet rationem vestigii: et eius causalitatem representat per mensuram effectus. ut patet in vestigio animalis, quod ideo representat motum talis animalis quia per se causatur a tali animali, ergo si in creaturis irrationalibus relucet vestigium trinitatis necesse est ut trinitas personalis causaliter per se concurrat ad illarum productionem.

Ad hoc arguitur R.r 1° iuxta doctrinam supra adductam in probatione nostre assertionis concedendo maiorem et negando minorem ad cuius probationem R.r quod et si de facto creatio rerum ad extra procedat a trinitate seu a tribus suppositis nae divine ceterum suppositalitas relativa constitutiva aut distinctiva trium personarum non prestat creatori esse prius quoad per se creationis aut alterius actionis pure essentialis. nam ut supra ostendimus

Deus

Deus ut unus roe subsistentie absolute ut praeintellecte subsistentiis personalibus existit et subsistit prius quod et sic circo intelligitur ut heres deitatis et omnipotentia et sic ut prius prius quod productionis creaturarum licet propterea reale identificatione cum tribus subsistentiis relativis recedendo sit: eiusmodi subsistentiae personales concomitanter cum ipso rurrere non rititaendo prius prius quod aut quo creationis; sed concomitanter rurrendo cum ipso.

Nec contra hanc solutionem urget, si dicatur esse sententiam communem receptam a pluribus Theologis et etiam non dis- plicentem quibusdam Thomistis non dari in Deo subsistentiam absolutam distinctam a subsistentiis relativis. sed non veram subsistentiam absolutam quae verificetur: Deus ut unus absolute subsistere independenter a subsistentiis nequit creatio operum ad extra non procedere prius a trinitate personarum tanquam a principio quod; quod salterum doctores negantes Deo subsistentiam absolutam tenentur recedere trinitatem personalem saltem prius se priestate prius quod ad productionem aut creationem effectuum ad extra.

Non inquam urget haec obiectio. quia et si a nobis falsa censeatur in via D. Thomae sententia negans Deo ut uno subsistentiam absolutam, cum aperte opponatur testimoniis D. Thomae supra praeallegatis, ceterum gratia disputandi vera probabilitate huius sententiae negamus prius quod prius se causativum effectuum ad extra esse simul et collective tres divinas personas; sed in hac suppositione prius quod prius se exactum ad creationem effectuum ad extra esse suppositum divinum vage sumptum nimirum aliquod supposi- tum trans naturam divinam quae ad creandum exigat trahere sibi subsistentiis personalibus aut trinitate personali. quae doctrina potest illustrari hac instantia. nam quemadmodum prius prius quod creationis aut alterius actionis divinae est Deus personaliter subsistens ita prius prius quod actionis humanae est homo sive suppositum sustentans naturam humanam sed certum est actionem humanam non exigere prius se priestate causali procedere a natura humana ut determinate subsistenti hac vel illa subsistentia, sed solummodo exigere tamquam sua essentiali dependentia procedere ab humanitate ut trata alliquia subsistentia vage sumpta ut patet in actionibus humanis Christi Domini quae tamen re sunt eiusdem rationis cum actionibus aliorum hominum quamvis causative dependeant ab humanitate subsistenti divina subsistentia. Et ideo licet in quocunque ordine dicatur actiones naturarum esse a supposito ut a principio quod. non tamen hinc colligitur: aliud quam exigentia alicuius

suppositi

suppositi vage sumpti, q. et si suppositum non praexistet naturae virtute ad operandum sustentat, et ipsam et tunc ut sit et operetur unde si per impossibile Deus non esset personaliter trinus sed praecise subsisteret una personalitate absoluta, aut personalitate patris, ut errore existimabant quidam haeretici in hac hypothesi Deus esset principium adaequatum quod potens creare ad extra qua esset suppositum habens naturam divinam et consequenter omne cuius posset creare omne ens creabiles.

2° pot respondere quod et si increatum, actiones procedant per se a supposito personali tanquam a principio quod causali, ceterum in Deo supposita personalia divinae naturae nullatenus concurrant per se, nec per se seitate principii quibus aut quo ad productionem creaturarum aut ad aliam actionem non nottonalem. etenim in divinis subsistentiae personales aut relativae tantummodo praestant distinctionem aut incommunicabilitatem divinarum personarum efficiendo unam personam divinam esse relative oppositam alteri. et ideirco nullatenus perficiunt aut determinant Deum in ratione principii operativi ad extra nec ut quo nec ut quod; personalitas autem creata trans substantiam creatam cum sit perfectio absolute perficiens naturam et non praecise praestant incommunicabilitatem aut oppositionem relativam. hinc pot deduci illam concurrere cum natura ut principium quod essendi et operandi quamvis suppositalitas relativa in divinis nullatenus sit principium quod respectu operationum externarum divinae naturae.

Ad 3 confirmationem R. concedendo maiorem et negando minorem ad cuius probationem concessa maiori negata minori, ad cuius probationem distinguo maiorem sed imago per se causaliter depet a re cuius est imago ut a causa exemplari, a re cuius est imago per se et formaliter concedo maiorem, a re cuius dicitur imago concomitanter, et quasi per accidens nego maiorem et eodem distinguo pot minorem. asserendo creaturam intellectualem non esse formaliter et per se imaginem trinitatis personalis, sed tantummodo naturae divinae quae realiter identificatur tribus divinis personis. nam ut docet D. Thomas loco supra allegato eatenus homo v.g. dicitur imago trinitatis quatenus participat naturam intellectualem imitative conformem naturae divinae quae per identificationem reperitur in tribus suppositis unde et si exigentia entitativa naturae divinae propter suam infinitatem petat esse in tribus personis exigentia tamen creaturae intellectualis in ratione imaginis Dei sed 2um rationem effectus exemplaris non dependentis adeo ut causa exemplari nullatenus expostulat dependere exemplariter adeo ut subsistenti in tribus personis qua si per impossibile Deus non esset trinus trinitate personali sed simpliciter unus unitate personae et essentiae, adhuc creatura intellectualis ratione intellectualitatis esset similitudo imitativa naturae divinae et consequenter effectus Dei ut unius ut causae per se exemplaris, et ita sicut trinitas personarum concomitanter concurrens ad productionem omnium operum ad extra dicitur absolute concurrere ad creationem huiusmodi operum quamvis non concurrant effective per se seitate causali ita verificatur trinitatem personarum exemplariter

concurre

concurrere secundum constante ad creaturarum intellualium productionem propter identitatem trium personalitatem cum causa exemplari per se ipsarum cuiusmodi est natura divina.

Ad 2am probationem R. concedendo maiorem et minorem, et ad minorem subsumptam R. quod etsi cum Deo ut supremo artifice ad productionem effectus ad extra concurrat de facto verbum repraesentativum creaturarum, et amor gratia eorum productionis non tamen hinc deducitur verbum divinum 2am proprietatem relativam qua distinguitur a patre, aut spiritum sanctum ut relativo distinctum a patre et filio per se per causalitatem causali concurrere ad productionem artificiale effectus ad extra nam verbum intellectuale dirigit artificem ad operandum quatenus ipsi manifestat aut repraesentat effectum artificialiter operabilem sed certum est in doctrina D. Thomae verbum divinum repraesentare Deo ad extra operanti creaturas non ratione proprietatis relativae sed ratione esse divinae communi patri et filio et spiritui sancto quia ut docet angelicus praeceptor quaestione 4 devexit. art. 2. et si verbum divinum personaliter sumptum constituatur relatione reali ad patrem sicut tamen sumatur ratio verbi prout praecise importat rationem objectivam aut manifestativam creaturarum nullatenus sumitur personaliter sed praecise dicitur essentialiter nam quemadmodum esse effectivum creaturarum non competit verbo divino realiter producto a patre ratione subsistentiae relativae qua personaliter distinguitur a patre sed ratione naturae et omnipotentiae quam accipit a patre ita esse repraesentativum aut manifestativum creaturarum non convenit illi ratione relationis realis qua realiter refertur ad patrem sed ratione esse, ac inde verbum divinum non concurrit per se per causalitatem causali, nec causalitate effectiva nec directiva cum Deo ad productionem creaturarum si sumatur cum reduplicatione proprietatis personalis quamvis causaliter directive concurrat 2am rationem principii objective repraesentativi creaturarum 2am quam rationem nullatenus per se exigit proprietatem relativam quia si per impossibile intellectus divinus non produceret verbum realiter distinctum a producente; ad huc haberet ut cognosceret suam essentiam ut repraesentativam creaturarum sufficienter, et artificialiter dirigeretur ad productionem creaturarum unde eadem doctrina applicari debet spiritui sancto nam quemadmodum 1us prius creans operatur ad extra non dirigitur a verbo divino ad productionem ipsorum ratione personalitatis relativae, sed ratione esse ita non applicatur nec inclinatur formaliter voluntas creatoris ad operandum ad extra relatione personaliter distinctiva spiritus sancti a patre et filio sed amore essentiali realiter identificata relationi passivae spirationis cum nulla persona divina 2am proprietatem personalem dicat formaliter habitudinem ad creaturas, sed praecise habitudinem oppositionis relativae qua una persona divina relative opponitur alteri.

Ad 3am probationem R. quod artifex creatus ideo indiget verbo intellectuali ante realiter distincto ad operandum artificialiter, quia independenter a reali productione verbi nequit

practice

practice intelligere rem artificialiter producibilem et idcirco verbo are realiter distincto dirigitur ad actualem productionem effectus artificialis, et amore a sua voluntate realiter producto, aplicatur ad causative inclinatur ad actualiter operandum. quod nullatenus contingit in supremo aut increato artifice rerum naturalium nam Deus ut dicunt ut praeintelligitur processionibus divinarum personarum habet summam et comprehensivam cognitionem omnium creaturarum. et idcirco ut dirigatur ad artificialiter producendos effectus ad extra non indiget verbo personali aut verbo realiter producto, sed sufficit ut cognoscat comprehensive suam essentiam ut representativam creaturarum, cum essentia divina ut praeintelligitur relationibus et quia sic intellecta est idea dirigens divinam omnipotentiam ad artificialiter operandum ad extra unde Deus licet intelligendo suam essentiam et creaturas possibiles in ipsa representative contentas producat verbum relative dictum a patre non tamen producit huiusmodi verbum propter indigentiam sed propter fecunditatem et ita non indiget verbo producto ut possit intelligere creaturas are creabiles, sed ex infinita fecunditate sui intellectus producit Verbum personaliter sumptum communicando ipsi artem, omnipotentiam scientiam practice productivam omnium creaturarum.

Ad 4. confirmationem mirum testimonii D. Thomae R. quod angelicus praeceptor quotiescumque afirmat: processiones personales divinarum personarum divinas esse rationes et causas productionis creaturarum non credit nullatenus tres divinas personas tamquam rationes quae personaliter constituuntur esse causas operum ad extra, sed solummodo asserit quod supposita distinctione et processione personarum effectus creati dependent ab ipsis ratione perfectionum essentialium quae per appropriationem spectant aut attribuuntur divinis personis unde creatio rerum ad extra procedit defacto a patre Filio et Spiritu Sancto non ratione proprietatum personalium quibus huiusmodi personae personaliter constituuntur et distinguuntur, sed ratione potentiae sapientiae, et bonitatis quae sunt perfectiones absolutae et essentiales in quibus communicant tres divinae personae et si tamen more communi loquendi theologorum omnipotentia sit perfectio appropriata patri et sapientia appropriatur Filio et bonitas Spiritui Sancto unde D. Thomas in testimonio nobis obiecto nullatenus intendit divinas personas esse rationes causantes effectus ad extra ratione proprietatum personalium, sed tantummodo credit creationem omnium rerum de facto procedere a divinis personis ratione perfectionum essentialium quae ipsis attribuuntur per appropriationem quamvis tamen se sint perfectiones essentiales et communes tribus personis, et non proprietates notionales distinctivae unius personae ab altera, quae solutio fundatur in verbis D. Thomae in testimonio iam allegato. nam angelicus praeceptor non asserit absolute processiones personarum esse rationes productionis creaturarum sed reduplicando perfectiones essentiales ratione quarum ipsis competit causalitas circa creaturas his

verbis,

verbum: processiones divinarum personarum sunt rationes productionis creaturarum in quantum includunt essentialia attributa, quae sunt intellectus et voluntas.

2° potest respondere quod D. Thomas in praefatis testimoniis nullatenus intendit personas divinas per se causaliter concurrere ad creationem operis ad extra loquendo de proprio causali per se proprietate causali, aut formali de qua procedit praesens disputatio sed solummodo concedit processiones ad intra divinarum praesupponi ad liberam productionem creaturarum tanquam rationes concomitanter operantes aut concurrentes cum causa per se. quae explicatio consonat litterae angelici praeceptoris 1 p.e q.e 45 art. 7 ad 3 ubi videtur docere processiones personarum non esse vere et proprie causas aut rationes causandi rerum creatarum sed tantummodo illas dici causas cum addito diminuente; seu rationes causales concomitanter et per accidens, seu pure praesuppositive his verbis: dicendum quod etiam processiones personarum sunt causa et ratio creationis aliquo modo ad quod verificandum sufficit ut trinitas personarum concomitanter concurrerent ad creationem, etenim causa per accidens aut concomitanter concurrens ad productionem alicuius effectus vere dicitur esse aliquomodo causa ipsius.

Ad ultimam confirmationem: R.r iuxta doctrinam supra adductam quod etsi a theologis concedantur in creaturis intellectualibus reperiri imaginem trinitatis et in reliquis creaturis vestigium ipsius, caeterum sicut utraque ostensionis in solutione tertiae obiectionis ad causandum exemplariter creaturam intellectualem in ratione imaginis Dei non concurrit per se proprietate causali trinitatis personalis sed Deus ut unus ratione naturae, cuius imitatione et similitudine constituitur homo aut angelus imago Dei; ita similiter ad causandum similitudinem imperfectam secundum quam reliquae creaturae dicuntur vestigium trinitatis non concurrit per se proprietate causali personali trinitas divina, sed Deus realiter subsistens in tribus personis non enim veritates vestigium reperitur in creaturis ratione cuius repraesentant aliquomodo Deum causative per se dependere adeo ut trinio esset medium aposteriori moveris intellectum ad cognitionem scientificam trinitatis personalis cum ut supra edocuimus quilibet effectus per se causaliter dependens ab aliqua causa sit sufficiens medium ad demonstrandum scientifice existentiam ipsius demonstratione aposteriori, cum igitur creaturae irrationales in omnibus reperitur vestigium trinitatis quantumvis comprehensive cognoscantur non moveant nostrum intellectum ad scientificam cognitionem trinitatis personalis, sed pariter ad cognitionem unius primi principii, hinc deducitur illas etiam ratione vestigii non dependere causaliter a trinitate personali tanquam a causa per se, sed tantummodo concomitanter.

2° potest respondere in

creaturis

creaturis eatenus dicuntur reperiri vestigium trinitatis quatenus participant aliqualem similitudinem in proprietatem personalium quibus personaliter distinguuntur, et constituuntur tres divinae personae, sed tantummodo dicuntur habere vestigium trinitatis in quantum participant similitudinem imperfectam aliquarum perfectionum essentialium, quae per appropriationem attribuuntur tribus personis nam ut docet D. Thomas 1. p. q. 45. art. 7 ad primum repraesentatio vestigii quae convenit creaturis attenditur secundum appropriata divinarum personarum, et non secundum proprietates personales distinctivas ipsarum. unde hoc argumentum solummodo concluditur: quod supposita revelatione supernaturali fidei qua supernaturaliter creditur trinitas personarum in divinis in qualibet creatura reperitur quaedam similitudo aut vestigium illarum perfectionum aut attributorum, quae supposita fide trinitatis appropriantur divinis personis. nam ut docet D. Thomas art. praeallegato in corpore quaelibet creatura subsistit in suo esse substantiali et habet formam per quam determinatur ad speciem et ordinem aut inclinationem ad finem, et primum secundum considerationem repraesentat perfectionem appropriatam patri et secundum formam determinantem ipsam ad speciem repraesentat verbum non perfectionis ipsi appropriatae cuiusmodi conceptio intellectualis et tertium quod creatura habet ordinem ad finem repraesentat Spiritum Sanctum, cui appropriatur inter ceteras personas attributum amoris quamvis amor secundum se non sit perfectio propria unius vel alterius personae sed communis tribus personis.

3.° arguitur 2.a nostram assertionem. nam Deus secundum nostrum perfectissimam primi principii potentis creare effectus ad extra exigit natura subsistere tribus subsistentiis relativis quia trinitas personalis per se concurrit ex parte principii creativi operum ad extra, consequentia videtur certa quia id quod natura exigitur ab aliquo principio effectivo ut possit operari per se concurrit cum ipso ad operandum. et antecedens probatur Deus in tantum est perfectissimum principium creationis effectuum ad extra in quantum est ens infinite perfectum sed ut Deus sit ens infinite perfectum exigit natura esse per identitatem in tribus personis quia exclusa identitate naturae divinae tribus personis careret foecunditate et ideirco non esset ens infinite perfectum: ergo ut Deus sit perfectissimum principium causativum effectuum ad extra natura exigit subsistere tribus subsistentiis personalibus, ac proinde etiam propter exigentiam effectus creati non requiratur per se trinitas personarum, saltem exigitur per se propter summam perfectionem principii creativi.

1.° respondetur nam Deus est primum principium creationis operum ad

extra

ad extra ut est in se, sed Deus, ut est in se est formaliter non solum unus in essentia sed etiam trinus in persona ergo Deus ut trinus reduplicative est primum principium creativum effectuum ad extra et consequenter falsum est: trinitatem personarum tantum per accidens et concomitanter se habere ad causandum effectus ad extra. maior supponitur, et minor probatur, nam iuxta communem doctrinam theologorum etsi subsistentiae relativae aut personales distinctivae divinarum personarum non sint de conceptu explicito aut metaphisico naturae divinae prout a nobis inadequate intellectae. Caeterum loquendo de Deo physice sumpto, prout in se a parte rei, relationes per se spectant ad realem et physicam constitutionem ipsius quin illatenus verificetur: tres subsistentias relativas per accidens spectare Deo a parte rei ergo Deus ut est in se est per se formaliter non solum unus quoad essentiam verum etiam trinus trinitate personali, et consequenter si Deus reduplicative ut est in se est primum creans effectus ad extra, necessum est ut causative concurrat ad eorum productionem ut trinus, alioquin Deus non esset primum causativum creaturarum ut est in se.

2° confirmatur. illud concurrit per se perseitate causali ad productionem alicuius effectus cum quo effectus necessario connectitur sed effectus creati non solum Deo ut uno, verum etiam ut trino connectuntur necessario ratione entis creati, ergo dependent per se causaliter a Deo ut trino, et consequenter trinitas personarum per se et formaliter concurrit ad eorum creationem probatur minor multipliciter. 1° nam effectus creati ratione entis creati formaliter connectuntur cum extremo ad quod important relationem realem cum terminus cuiusvis relationis realis specificatur formaliter cum suo correlativo ut supponunt omnes metaphisici, sed quodvis ens creatum dependens causaliter a Deo refertur relatione reali non solum ad Deum ut unum verum etiam ad Deum ut trinum, ergo creaturae in ratione effectus connectuntur Deo ut trino. maior est certa et minor etiam probatur nam quaevis creatura secundum rationem entis creati respicit Deum non solum ut unum verum etiam ut trinum ut extremum ab ipsa realiter distinctum sed quodvis extremum realiter distinctum ab altero importat relationem realem ad illud a quo realiter distinguitur, nam quemadmodum unitas aut conformitas extremorum fundat relationem similitudinis aut aequalitatis inter extrema realiter convenientia aut unificata, ita distinctio aut disconvenientia extremorum fundat relationem realem inter ea quae realiter distinguuntur, ergo si quodvis ens creatum ratione creaturae realiter distinguitur a trinitate personarum necessum est ut concedatur quamlibet creaturam referri relatione reali ad Deum ut trinum, et sic illam esse connexam formaliter trinitati

personali

personali cum quodlibet relativum connectatur ratio cum suo ab ipso rellative respecto.

2° pbr eadem mir. eatenus iuxta nram doctrinam creaturae secundum effus non connectuntur formaliter cum trinitate personarum quatenus divinae personae et si defacto concurrant indivise ad productionem effus ad extra, non tamen roe personalitatis effective causat huiusmodi effus. sed roe naturae aut omnipotentiae sed ex hoc nullatenus infertur negatio connectionis creaturarum cum trinitate personarum in roe effus: ergo defacto effus creati causaliter dependentes abeo connectuntur cum Deo ut trino; pbr mir nam quemadmodum Deus effective producit opera adextra media naa et omnipoa communi tribus personis ita obtive specificat visionem beatam aut alios actus supernaturales mediante essentia. cum iuxta veriorem sententiam nostratum quo motivum aut specificativum visionis beatae sit essia divina ut dicta a relationibus sed hoc non obstante visio beata non solum mectitur essentialiter cum divina essia realiter identificata tribus personis, verum etiam cum ipsa trinitate personali alioquin visio beatifica ex vi suae essentialis specificationis non exigeret videre Deum ut trinum, sed subsisteret quoad sua essia videndo praecise Deum ut unum, quod nullatenus conceditur a nris Thy. ergo quamvis trinitas personalis concurrat ad opera creationis meante essia et oipoa tamquam quo prio formali quo operandi, non inde colligitur: effus adextra non connecti in roe effus cum tribus personis, et sicut visio beata obiective respiciens Deum ut est in se in ratione actus specificabilis exigit rationem ad Deum ut subsistentem tribus subsistentiis relativis et idcirco connectitur cum Deo ut trino. ita quibus effectus creatus effective procedens a Deo ut est in se exigit effective causari a Deo ut trino. et idcirco in esse effectus connectitur cum trinitate personali.

3°. pbr ideo effectus adextra non connecterentur in esse effectus cum trinitate personali quatenus huiusmodi effus sunt entia creata naturalia, et idcirco in connexa cum prio omnino supernaturali cuiusmodi est trinitas personarum, sed ex naturalitate effuum adextra nullatenus infertur: illos carere connexione naria cum trinitate divinarum personarum. ergo absolute concedendum est: opera creationis ad

extra

ad extra esse connexa non solum cum Deo ut uno verum etiam ut trino major videtur certa et minor probatur nam effectus ad extra juxta nostram et communem sententiam ratione dependentiae a prima causa connectuntur cum Deo ut uno, et ratione hujus connectionis movent ad cognitionem scientificam et demonstrativam unius Dei sed non solum Deus ut trinus, verum etiam ut unus est simpliciter ens supernaturale in se ipso, cum nulla perfectio divina sit entitative naturalis ut modo supponitur. ergo ex supernaturalitate Trinitatis personalis nullatenus infertur effectus naturales creatus esse connexos cum Deo ut trino aliogquin hujusmodi effectus nequaquam connecterentur cum Deo ut uno. cum Deus ut unus secundum se sit entitative supernaturale.

Ultimo probatur eadem minor. nam effectus qui vi sua propria exigentia petit ratione ex parte causae productivae aliquod quod comprincipium formaliter connectitur cum ipso ratione effectus ut per se patet, sed creaturae quatenus sunt effectus primi principii creantis exigunt consortium divinarum personarum ad suam causalem dependentiam a creatore ergo vi sua ratione effectus connectuntur cum Deo ut trino. probatur minor illud per se exigitur ab aliquo effectu ex parte causae productivae ipsius quo ablato per possibile vel impossibile nullatenus causaretur nec possit produci sed si per impossibile subsisteret Deus una subsistentia personali vel quasi personalitate patris, absque consortio filii esset impossibilis productio creaturarum ad extra ergo ab exigentia creaturarum in ratione effectus per se exigitur concursus trium personarum. minor probatur ex S. Athanasio contra Arrianos qui docet impossibilitatem creationis ad extra si Deus in subsisteret personalitate verbi ut distincta a patre his verbis. impossibile foret sine verbo creaturas fieri. deinde excluso consortio personali divinarum personarum esset impossibilis productio aut creatio effectuum ad extra.

Ad hoc argumentum
Respondetur negando anteriorem ad cujus probationem Respondetur 1º. quod etsi arguitive sequeretur Deum non esse ens perfectissimum in essendo et operando. exclusa identitate essentiae divinae tribus subsistentiis relativis quia in hac hypotesi ex negatione termini actualis summae

fecunditatis

fecunditatis nae divinae sequeretur arguitive ipsam non esse summe fecundam, et ulterius nec summe perfectam in ratione entis quia in Deo ex negatione actus sequitur arguitive negatio potentiae et ita ex negatione actualis communicationis nae divinae tribus personis quibus defacto communicatur per identitatem ratione processionis ad intra inferri potest arguitive Deus habere naturam ad intra incommunicabilem, et ulterius potaliter in fecundam, ceterum termini quos rationem essentialis fecunditatis de facto communicatae naturae divinae eiusmodi non subsistentiae relativae nullatenus conficiunt ipsam formaliter et ulterius praesupponunt Deus ut unus summe perfectus in ratione entis et ita in ratione prius perfectissimi potentis creare effectus ad extra quia personalitates relativae seu supposita nae divinae nec praestant Deo formaliter esse ens perfectissimum nec esse perfectissimum principium causativum cuiusque entis creabilis alioquin pater ut praeintelligitur filio et spiritu sancto non esset ens increatum summe perfectum nec summe potens ad creandum; unde hoc argumentum tantum modo concluditur quod supposita exigentia summe fecunditatis ex parte nae divinae ut Deus sit ens summe perfectum productio personarum requiritur ut signum quasi arguitive ostensivum summe perfectionis divinae naturae non autem persuadetur, et exclusa per impossibile actuali communicatione nae divinae tribus divinis personis Deus ut unus non esset ens perfectissimum et potiori iure in hoc casu non sequeretur Deus ut unus non esse simpliciter omnipotens ad creandum effectus ad extra.

2° potest responderi negando ans ad cuius probationem concessa maiori distinguitur minor, scilicet ut Deus sit ens infinite perfectum exigit communicari per identitatem tribus personis perfectione extensiva concedo minorem perfectione intensiva nego minorem et consequentiam quia etsi ad extensivam perfectionem nae divinae exigitur eius communicatio ad tres divinas personas, ceterum ut Deus quoad se sit summe perfectus perfectione formali intensiva sufficit plenitudo perfectionum essentialium competens Deo ut uno ratione esse independenter a relationibus; et cum igitur omnipotentia ad posse creandum effectus ad extra competat Deo rationi summe perfectionis intensivae seu summe actualitatis

potentas

potestas ad operandum fundata in actualitate essentiali principii operantis. ut docet D. Thomas 1. p.   Hinc sequitur: hoc argumento solummodo probari summam perfectionem Dei non esse ex-ternam per communicationem ad intra; exclusa eius identitate cum tribus subsistentiis relativis. non vero ullatenus concludit Deum ut unum non esse ens perfectissimum perfectione intensiva quae praecise exigitur per se ad rationem perfectissimi principii creativi effectuum ad extra.

Dixeris: potest respondere contra probabilitate sententiae asserentis subsistentias relativas distinctivas divinarum personarum addere Deo perfectionem relativam distinctam a perfectione absoluta, qua gratia disputandi concessa R. quod etsi natura divina seclusa eius actuali communicatione respectu trium personarum non esset ens summe perfectum perfectione comprehendente perfectionem absolutam et relativam. ceterum in hoc casu esset ens summe et infinite perfectum perfectione absoluta consistente in summa et essentiali actualitate divinae naturae quae ratione et ideo esset perfectissimum principium causativum effectuum ad extra. quia perfectio relativa conveniens enti ratione relationis. nullatenus praerequiritur potentia activa ad operandum ad extra cum huiusmodi potentia conveniat Deo ratione eminentialis continentiae creaturarum, quae ratione perfectionis absolutae essentiae, et omnipotentiae, ut prae intellectae perfectionibus relativis, convenit Deo ut uno.

Ad 8am obiectionem R. concedendo maiorem, et distinguo minorem, sed Deus ut est in se est formaliter non solum unus in essentia verum etiam trinus in persona formalitate rei, concedo formalitate perseitatis principii creativi aut effectivi nego minorem, et consequentiam quia etsi trinitas personalis, qua Deus constituitur trinus in persona non conveniat per accidens Deo ut est in se sed formaliter loquendo, de constitutione reali et physica Dei in esse rei aut entis simpliciter infiniti ceterum si consideretur Deus praecise ut est in se principium causativum effectuum ad extra non convenit illi formaliter et per se perseitate formali aut causali trinitas personalis, sed concomitanter et per accidens quia exigentia creaturarum in esse effectus non expostulat dependentiam causalem a Deo ut trino ut constat ex dictis in probatione nostrae assertionis unde ad clariorem

intelligentiam

intelligentiam huius solutionis et doctrinae, advertendum est dari plures instantias quibus aperte constat aliqua praedicata convenire per se et formaliter pluribus entibus aparte rei ratione suae realis et physicae constitutionis aut integritatis in esse rei quin formaliter et per se illi competant ratione formalis reduplicationis principii creativi aut effectivi suorum effectuum, ut patet in homine qui secundum absolutam et adequatam constitutionem in se est formaliter substantia vivens non solum vita intellectiva verum etiam vegetativa et sensitiva quamvis homo ratione formalis reduplicationis principii ellicitivi aut efectivi intellectionis non sit formaliter vivus sensitivus sed tantum concomitanter et per accessus ratione identitatis realis gradus vitae sensitivae cum gradu vitae intellectivae in eadem entitate animae rationalis ex quo patet plura posse convenire per se et formaliter alicui entitati in esse rei quin formaliter et per se spectent ad illam ratione formalem rationem causae aut principii effectivi.

Ad

Ratione confirmationem Respondeo concedendo maiorem et negando minorem ad cuius primam probationem Respondeo, quod et si creaturae ratione realis habitudinis qua relative referuntur ad Deum tanquam ad extremum ab ipsis realiter distinctum connectuntur cum Deo in ratione entis increati non tamen connectuntur formaliter trinitati personarum quia trinus formalis relationis fundatae in distinctione reali entis creati a Deo, non est formaliter Deus ut trinus. sed ens increatum vel creatum simpliciter sumptum, et ratione entitatis increatae vel creatae nisi Deo formaliter esse quid realiter distinctum a creaturis, quia extremum formale distinctionis entis realis creati a creatore, est ens infinitum aut increatum, unde solummodo connectitur formaliter et per se relatio entis creati cum Deo ratione formalis reduplicationis entis increati ratione qua Deus non est formaliter trinus licet esse trinum illi conveniat identifice unde per maiori claritate huius solutionis, potest distingui illa propositio quia creaturae ratione cuiusvis relationis realis connecti formaliter cum ipsa. et enim vera est illa propositio. si intelligatur de termino formali et per se, et falsa si sumatur pro termino materiali cum igitur trinus formalis habitudinis relativae qua creaturae referuntur ad Deum ut extremum

ab

ab ipsis realiter distinctum non sit trinitas personarum sed potius Deus cum sua ratione entis increati hinc sequitur creaturas solummodo formaliter connecti cum Deo cum prima ratione entis increati, quod autem trinitas personarum et si realiter identificetur enti increato non sit terminus formaliter connexus cum relatione creaturarum constat quia iuxta communem sententiam Theologorum quibus etiam consentiunt authores quibus in presenti adversantur trinitas personarum nequit naturaliter investigari per aliquod medium naturale creatum quantumvis comprehensive cognitum Deum ut creatorem, intellectus humanus, vel angelicus comprehensive cognoscens relationem realem alicuius entis creati ad creatorem naturaliter attingeret trinitatem trinitatem personalem cum nulla relatio possit naturaliter cognosci, quin naturaliter cognoscatur terminus formalis cum ipsa formaliter connexus, et ideo communiter dicitur relationem esse simul cognitione termini materialis propter inconnexionem ipsius cum termino naturaliter respecto.

Sed potest

responderi concedendo ex parte entis creati dari relationem realem distinctionis, respicientem trinitatem personarum ut terminum formalem ex quo nullatenus concluditur creaturas connecti cum Deo ut trino connexione qua effectus connectitur cum causa, quia relatio realis qua effectus refertur ad causam non fundatur formaliter in entitate eiusmodi effectus ut precise hec est, sed in formali ratione extremi realiter distincti ab entitate causae sed in actuali dependentia qua effectus depet ab ipsa, quapropter hoc argumentum tantummodo potest persuaderi creaturas respicere trinitatem personarum relatione fundata in distinctione transcendentali qua entia creata constituuntur realiter distincta a trinitate personarum sicut respiciunt alia entia ab ipsis realiter distincta, ex qua nullatenus deducitur creaturas respicere trinitatem personalem relatione fundata in dependentia aut connexione effectus cum causa et ideo non infertur contra nostram assertionem connexio creaturarum cum trinitate personarum in esse effectus, nam latius patet relatio entis distincti ab extremo ab ipso realiter distincto, quam relatio fundata independentia formali effectus a sua propria causa. nam unum ens creatum respicit aliud relatione distinctionis realis quin ullatenus connectatur cum ipso connexione causali per modum effectus ut patet pluribus instantiis. homo enim respicit angelum relatione distinctionis realis et cetera entia creata ab ipso disparate distincta quin ullatenus connectatur cum angelo aut reliquis entibus connexione formali qua effectus exigit connecti cum

sua

sua causa per se.

Ad 3.^m R. concedendo maiorem et negando minorem, ad cuius probationem R. reddendo disparitatem inter concursum obiectivum trinitatis personalis respectu visionis beatificae et concursum effectivum ipsius respectu productionis effectuum ad extra, quia visio intuitiva cuiusvis obiecti cuiusmodi est visio beatifica Dei ut est in se exigit terminari non solum ad obiectum quod motivum verum etiam ad omnes modos et formalitates realiter identificatas obiecto primario aut motivo, cum cognitio intuitiva non sit praecisiva eorum quae ex parte obiecti terminativi realiter identificantur aut inter se connectuntur, quapropter visio beatifica quatenus est cognitio clara et intuitiva Dei ut est in se connectitur formaliter non solum cum Deo ut uno verum etiam ut trino tanquam cum obiecto motivo ipsius, ex quo patet disparitas quia effectus creati ad extra nec secundum rationes communes entis creati, nec secundum rationes speciales exigunt effective dependere a Deo ut trino sed praecise expostulant procedere a prima causa per se, cuiusmodi foret Deus ut unus, si per impossibile non subsisteret tribus subsistentiis relativis, unde ut constat ex dictis in probatione nostrae sententiae et si trinitas personalis de facto concomitanter concurrant ad creationem operum ad extra propter realem identitatem divinarum personarum cum natura divina, caeterum per se nullatenus concurrunt nec per se ut principio quo formalis, nec principiis quod operativi ideirco creaturae non connectuntur formaliter et per se cum trinitate personali connexione qua effectus exigit connecti cum sua causa propria et per se.

Ad 3.^m R. concedendo trinitatem personarum in divinis ratione omnino supernaturalitatis esse simpliciter in connexa cum creaturis ordinis naturalis in esse effectus, quia trinitas personarum non solum est entitative aut intrinsece supernaturalis verum etiam extrinsece aut terminative, Deus vero ut unus quatenus est primum principium effectivum creaturarum et si entitative et intrinsece sit ens supernaturale quatenus tamen connotat productionem effectuum naturalium dicitur terminative, aut denominative extrinsece causa naturalis universalis creaturarum, et ideirco ut reduplicative stat dependentiam effectuum naturalium potest esse connexive naturalis nimirum tamquam extrinsece connexus cum creaturis in esse effectus quod nullatenus verificatur de Deo ut trino quia trinitas personalis non solum est supernaturalis entitative aut intrinsece, verum etiam terminative aut extrinsece,

cum

cum ut supra ostendimus subsistentiae personales nulla habitudi-
ne causales importent respectu creaturarum, ratione cuius earum connexio-
ne possint terminare et consequenter sunt entia supernaturalia
necessarium entitative et intrinsece, verum etiam connexive aut extrin-
sece et ratione huiusmodi omnimodae supernaturalitatis existentia Tri-
nitatis personalis est naturaliter incognoscibilis a nostro intellectu quamvis
Deus ut unus, ratione connexionis cum effectibus naturalibus quo-
ad an est sit ens naturaliter cognoscibile. D. Thom. 1 p. q. 32 art. 1
ait: dicendum quod impossibile est per rationem naturalem ad cognitionem Trinitatis
divinarum personarum pervenire; ostensum est enim supra quod homo per rationem
naturalem in cognitionem Dei pervenire non potest ex creaturis.
autem ducunt in Dei cognitionem sicut effectus in causam; hoc igitur solum ratione
naturali de Deo omnipotente quod competere necesse est soli quod est omnium cre-
aturarum principium. Virtus autem creativa Dei est communis toti Trinitati unde
pertinet ad rationem essentiae non ad distinctionem personarum per rationem enim
naturalem cognosci potest de Deo ea quae pertinent ad unitatem essentiae non autem
ea quae pertinent ad distinctionem personarum.

Ad ultimam obiectionem

Respondetur concedendo maiorem et negando minorem ad cuius probationem concessa
maiori negatur minor. ad cuius probationem innixam authoritate Divi
Athanasii Respondetur ex verbis illius nullatenus deduci productionem cre-
aturarum ratione se exigere ex parte principii creantis pluralitatem
personarum; sed solummodo Sanctus Doctor loquitur ex suppositione
quod, de facto in divinis detur persona patris relative distinc-
ta a persona verbi divini, sicut catholice credita fide super-
naturali, in qua suppositione affirmat D. Athanasius contra
fere impossibile sine verbo creaturas fieri sive patrem
sine consortio filii non posse creare effectus ad extra. nam supposita
substantialitate patris et filii et eorum communicatione in eadem
natura et potentia, sicut impossibile est existentia patris sine filio
eiusdem essentiae et omnipotentiae, ita foret impossibile, ut pater
sine filio crearet opera ad extra.

Ultimo arguitur. Illud per se causa-
liter concurrit ad productionem alicuius termini ad rationem praeexigitur
ex parte causae producentis ut possit producere sed ut Deus producat effectus
ad extra ratio praesupponitur ex parte eius productio divinarum

personarum

personarũ ad intra, g.º interna productio personarũ causaliter sequitur ad productionẽ externã effectuũ ad extra. maior videtur certa et min. pbr nam Deus de facto produxit creaturas productione libera et eius productio ad intra ca.º divinas personas ē simpliciter naria sed in omni ordine productio naria presupponitur productioni liberę cũ omne agens potens liberè et nario operari ordinatè operando prius operetur operatione naria, quam libera, g.º ex parte Dei presupponitur liberę productioni creaturarũ, naria aut naturalis productio divinarũ personarũ.

Confirmatur 1.º nam de facto Deus creavit effus ad extra per verbũ tanquã per rõe causalitatis producendi eos. g.º consortius divinarũ personarũ per se causaliter concurrit ad creationẽ operũ ad extra coa ē certa et ans constat ex D. Augustino, qui docet opera creationis seu effus ad extra dependere causaliter a Verbo divino ut dicto. a patre tract. 20. in Ioan. et tract. 1 his verbis: per verbũ inquit facta sunt omnia et quando Deus dixit facta sunt, per verbũ facta sunt; in principio enĩ erat verbũ et verbũ erat apud Deũ, et Deus erat verbũ, et omnia per ipsũ facta sunt, si omnia per verbũ facta sunt: g.do dixit Deus fiat lux et facta ē lux in verbo fecit, et per verbũ fecit eadẽ verba repetit D. Augustinus alijs pluribus in locis et precipue lib. 1. de genes. ad litterã cap. 3 et D. Ambrosius lib. de divinit. filij cap. 6. et D. Anastasius orat. 3. contra Arrianos. g.º iuxta doctrinã sanctorũ Patrũ concedendũ ē, Verbũ divinũ secundũ personalẽ proprietatẽ per se causaliter concurrere ad productionẽ effuũ ad extra.

2.º Confirmatur persuadendo Spiritũ sanctũ cũ patre et filio causaliter per se concurrere ad productionẽ effuũ ad extra, quod ostenditur ex D. Damasceno, qui in epistola de Triagio p. 4. docet Verbũ et spiritũ sanctũ concurrere causative cũ patre ad opera creationis his verbis: Verbũ et Spiritus Sanctus virtutes sunt patris inseparabiles a patre, ex quo et in quo sunt, et ad quẽ ut ad causã omnia referuntur g.º iuxta doctrinã D. Damasceni causaliter dependent a tribus personis opera ad extra.

3.º Confirmatur ex D. Th.ª 1 p. q. 33. art. 3 ad 1ũ qui ibidẽ docet personas productas in divinis productione aut processione ad intra ēē pria

caalia

causalia respectu productionis creaturarum ad extra, hijs verbis in divinis communia quae important respectum ad creaturam per posterius dicuntur quam propria quae important respectum personalem quia persona procedens in divinis procedit ut principium productionis creaturarum, sicut enim verbum conceptum in mente artificis prius procedit ab artifice quam artificiatum, quod producitur ad similitudinem verbi concepti in mente; ita prius procedit filius a patre quam creatura de qua nomen filiationis dicitur secundum quod aliquid participat de similitudine filii vel patris quibus verbis videtur Angelicus praeceptor docere processionem personalem verbi divini, aut filii praesupponi ad creationem ut prius causativam ipsius sicut verbum practicum conceptum in mente artificis praesupponitur actuali productioni artificiali sed certum est verbum conceptum in mente artificis de re artificialiter facienda concurrere formaliter et per se ad externam productionem artificialem cum huiusmodi artificiatum fiat ad similitudinem verbi et ideo ab illo causaliter dependeat tanquam ab idea aut causa exemplari.

Ad hoc argumentum respondeo concedo maiorem et distinguo minorem sed ut Deus producat effectus ad extra necessario praeexigitur ex parte ipsius interna productio divinarum personarum, necessitate exacta a Deo in ratione principii effectivi creaturarum nego minorem, necessitate orta ab habitudine principii producentis respectu utriusque productionis concedo minorem et negatur consequentia, quia etsi de facto actualis productio effectuum ad extra in Deo praesupponat internam productionem divinarum personarum non tamen creatio aut productio operum ad extra praeexigit productionem personalem ad intra tanquam rationem causandi ipsam vel propter habitudinem principii producentis ad utranque productionem quia etsi Deus non intelligeat interna productione divinarum personarum ut ut realiter et complete principium potens creare effectus ad extra ceterum ratione summae fecunditatis necessitate ad communicandum suam naturam et omnipotentiam ad intra per productionem divinarum personarum, et cum quodvis principium productivum respiciens duos terminos prius et immediatius producat terminum naturaliter productum quam eum libere et contingenter causatum, hinc sequitur, productionem internam

divinarum

divinarum personarum ratione necessitatis ee priorem productione creaturarum ad extra non prioritate causali qua causa dicitur prior suo effectu sed expressa prioritate ordinis aut naturae concomitantiae quia si per impossibile Deus posset non communicare suam naturam et omnipotentiam producendo ad intra personas divinas ex se haberet perfectissimam virtutem aut integram potentiam ad producendum effectus ad extra unde productio ad extra non praeexigit internam productionem divinarum personarum ut causam per se, quia ut supra ostendimus subsistentiae personales terminantes productionem ad intra non praestant Deo potestatem producendi ad extra et ideirco si per impossibile una tantum persona daretur in divinis per se subsistens sive subsistentia absoluta, sive relativa illa ex se foret prius integre et complete potens creare, sicut modo tres divinae personae.

Ad priorem Confirmationem innixam testimonio D. Augustini et aliorum Sanctorum patrum R. verba parentis Augustini quibus videlicet redit Verbo divino causalitas actualis quoad productionem creaturarum non ee intelligenda de causalitate per se formaliter procedente a personalitate verbi sed solummodo debet intelligi per huiusmodi verba quod supposita fide de productione filii per generationem procedente est intellectus patris productio aut creatio operum ad extra non solum atribui primae personae verum etiam secundae cuiusmodi est verbum nam pater aeternus producendo verbum personaliter sumptum ex vi suae productionis ipsi communicat naturam divinam et omnipotentiam et ideirco vere dicitur Deus patrem creare lucem et ceteras creaturas, cum verbo et per Verbum ita ut his [illegible] denotet consortium utriusque personae ad causalitatem effectuum ad extra seu unam personam non creare sine concursu comomitante alterius, et illa [illegible] per nullatenus significat verbum secundum proprietatem personalem ee respectu Dei creantis sive formalem creandi aut producendi effectus ad extra sed solummodo denotat personam verbi a patre accepisse per suam generationem omnipotentiam ad creandum, et non illam convenire personae verbi a se independenter a quavis processione ex se et a se est omnipotens quatenus est principium nullatenus originatum ex alio principium, quae explicatio aperte et verbatim depromitur ex doctrina Angelici praeceptoris 1. p. q. 45. art. 6. ad 2um ubi docet D. Thomas ideo afirmari in sacra scriptura et testimoniis

Sanctorum

Sanctorum Patrum Deum creare effectus ad extra per verbum quatenus filius accipit naturam divinam, et virtutem creativam a patre hic verbi: dicendum ad naturam divinam, licet sit communis tribus personis, ordine tamen quodam illis convenit in quantum filius accipit naturam divinam a patre et spiritus sanctus ab utroque, ita etiam de virtute creativa, licet sit communis tribus personis ordine tamen illis convenit, nam filius habet eam a patre et spiritus sanctus ab utroque unde creatorem esse attribuitur patri ut ei qui non habet virtutem creandi ab alio: de filio autem dicitur per quem omnia facta aut creata sunt in quantum habet eandem virtutem sed ab alio. nam haec praepositio per solet denotare causam mediam seu principium de principio. ex qua doctrina colligitur D. Augustinum et reliquos Sanctos patres asserentes patrem creare effectus ad extra per verbum, solummodo intendere huiusmodi effectus concomitanter causari a persona filii per virtutem acceptam ab alio principio nimirum a patre. ex quo nullatenus deducitur verbum personaliter sumptum secundum proprietatem personalem concurrere causaliter per se ad creationem effectuum sed tantummodo infertur Deum subsistentem personalitate verbi habere a patre ex vi suae generationis virtutem creandi seu omnipotentiam sibi communicatam per identificationem realem, ratione cuius dicitur persona verbi concomitanter cum patre et spiritu sancto creare opera ad extra.

Ad 2um confirmationem quae fundatur in testimonio D. Damasceni respondetur iuxta explicationem nuper adductam. nam quotiescunque aliquis Sanctorum patrum asserit verbum et spiritum sanctum esse virtutes patris ad creandum opera ad extra non debent intelligi, quod verbum et spiritus sanctus secundum proprietates personales quibus referantur ad patrem, et realiter personaliter ab ipso distinguantur sint respectu ipsius virtutes quibus formaliter constituitur pater principium productivum effectuum, alioquin pater constitueretur formaliter omnipotens, non per perfectionem sibi realiter identificatam, sed per relationem filii et spiritus sancti a se realiter distinctam, quod catholice nequit concedi, sicut non concedit D. Augustinus lib. 7. de trinit. patrem esse formaliter sapientem sapientia genita id est verbo divino a se realiter producto

sed

sed sapientia essentiali sibi realiter identificata; qua propter quotiescunque sancti Patres videntur insinuare, verbum aut spiritum sanctum ēē patris virtutem ad creationem effectuum ad extra debet intelligi qt persona verbi et spiritus communicant cum patre in virtute et potentia creandi, et ideo dicuntur virtutes patris, et n̄ vice versa dicitur pater virtus verbi aut spiritus sancti quia tam filius quam spiritus sanctus a patre procedunt accipiendo ab ipso nām et virtutem creativam et ~~existentiam~~ rōe originis aut processionis a patre possunt dici ēē per communicationem virtutes patris, sicut quidquid procedit ab aliquo principio, aut causa dicitur ēē terminus aut effectus ipsius. unde et clare constet nām explicationem ēē consonam sacrae scripturae et intentioni sanctorum Patrum ad vertendum ē, D. Augustinus loco supra allegato, et reliquos sanctos, ubicunque attribuunt verbo divino l spiritui sancto causalitatem circa opera creationis disputare contra Arianos et alios hereticos, qui erronee asserebant, n̄ dari in divinis tres personas communicantes in eadem natura et potentia, et idcirco negabant personam filij aut spiritus sancti concurrere ad creationem rerum per eandem virtutem aut potentiam cum patre. ac proinde D. Augustinus directe impugnando huiusmodi errores catholice docet patrem defacto creavisse opera ad extra n̄ se solo. sed medio consortio filij et spiritus sancti quibus pater producendo ipsos, communicat suam nām et idcirco virtutem creandi, quamvis tres divinae personae defacto creantes effectus ad extra, n̄ concurrant causaliter per se. ad eorum productionem ratione personalitatis relativae, sed rōe naturae et omnipotentiae ut supra edocuimus.

Ad 3am Confirmationem innixam Authoritati D. Thomae Rx angelicum praeceptorem asserentem personam procedentem processione ad intra in divinis ēē principium productionis creaturarum, n̄ ēē illaterus intelligendum de persona procedente secundum reduplicationem proprietatis personalis, et idcirco solummodo ex praefactis verbis D. Thomae deducitur: personam verbi ad intra procedentem a patre, et eius

internam

internam productionem esse priorem productione actuali effectuum ad extra, quod supponitur in praesenti unde advertendum est iuxta doctrinam D. Thomae et reliquorum patrum non solum patrem verum etiam verbum ab illo immanenter procedens esse realiter principium productionis creaturarum quum ipsi competat potentia ad causandum ad extra ratione proprietatis relativae aut personalis, sed ratione naturae et omnipotentiae quam verbum personaliter sumptum accepit a patre, ex quo tantummodo colligitur personam procedentem in divinis secundum reduplicationem subsistentiae relativae, aut personalitatis concomitanter concurrere cum persona a qua processit ad creationem operum ad extra; et ideo ut docet D. Thomas in testimonio praeallegato in divinis communia quae important specialem respectum ad creaturas per posterius dicuntur quam propria, quae important respectus personales constitutivos divinarum personarum nec ex huiusmodi ordine prioris et posterioris sequitur respectus personales ratione prioritatis concurrere per se perfectione causali ad productionem creaturarum sicut in creatis. Verbi gratia et non relatio filiationis, qua relative aliquis homo refertur ad suum patrem a quo processit per generationem, est prior actione generativa qua huiusmodi homo generat alium filium sibi similem in natura, nonnisi relatio filiationis qua generans respicit suum patrem ullatenus illum constituit prius causativum generationis alterius filii. quia petrus verbi gratia generans suum filium paulum aut alios filios non est prius causative generans ratione relationis qua relative respicit patrem a quo per generationem processit sed ratione naturae humanae quam accepit per generationem paternam. et ideo non proportionabiliter loquendo sicut non est vera haec propositio reduplicative sumpta petrus generat suum filium in quantum est filius pauli, et genitus a paulo, ita in divinis erit falsa in sensu reduplicativo causalitatis formalis haec propositio verbum divinum procedens a patre creat opera ad extra, seu habet virtutem creandi in quantum relative opponitur patri, aut ab ipso realiter producitur, nec surget paritas nobis obiecta de verbo practico interne concepto ab artifice creato, quod causative concurrit ad productionem externam artificiati, ad quam instantiam supra sufficienter respondetur pro cuius maiori intelligentia ad vertatur quod et non verbum divinum personaliter sumptum dicatur idea et causa exemplaris effectuum ad extra, cum ad eius similitudinem efficiantur huiusmodi effectus. ceterum esse ideam creaturarum et

et exemplar non convenit verbo personali ratione subsistentiae personalis qua realiter personaliterque constituitur et distinguitur a reliquis personis, sed ratione essentiae divinae communis tribus divinis personis cum essentia divina in qualibet persona ratione suae eminentiae sit repraesentativa creaturarum et diversimode ab ipsis imitabilis, et ideo esse ideam creaturarum non convenit Deo ratione alicuius proprietatis personalis, sed ratione essentiae et scientiae essentialis quae est communis tribus personis nam ut docet D. Thomas 1. p. q. 34. art. 3. Dei scientia et si respectu Dei secundum se sit tantummodo cognoscitiva tamen respectu creaturarum non solum est cognoscitiva verum etiam factiva.

Ex quibus colligitur quod et si Deus ad creationem operum ad extra causative concurrat per attributa potentiae sapientiae et bonitatis quae secundum se sunt in Deo perfectiones essentiales indivisibiliter communes tribus divinis personis, et non specialiter spectantes ad proprietatem personalem unius vel alterius personae, ceterum supposita cognitione fidei divinae de interna processione divinarum personarum et de proprietatibus relativis ipsarum secundum communem modum loquendi Theologorum per quandam appropriationem specialiter attribuitur patri potentia ad creandum et filio sapientia et spiritui sancto bonitas, per quam appropriationem non debet intelligi quod solus pater habeat potentiam operativam sine sapientia et filius sapientiam sine potentia et spiritus bonitatem praecise cum tres divinae personae unica et indivisibili potentia, sapientia et bonitate et unica arte et idea concurrant ad creandum; solum igitur attribuuntur speciatim huius modi perfectiones divinis personis per quandam accommodationem ratione cuiusdam similitudinis: nam recte appropriatur filio ratio sapientiae quatenus ex vi suae processionis procedit per intellectum et accommodatur patri ratio omnipotentiae ad primi creativi quatenus ex se est fontale principium non procedens ab alio et spiritui sancto attribuitur bonitas quatenus est terminus voluntatis, quae inclinatur ad bonum

Tractatus Theologicus

An Spiritus Sanctus si non procederet a Filio, realiter distingueretur ab illo. Iuxta ea quae dixit Magister sententiarum ad textum 11. distinctione libri 1. et ad 26. et 27.

In qua ut maiori claritate procedam tripartitum offero in quaestionem, ita ut primo breviter aperiam Magistri sui sententiam probatam; in 2a meam mentem aperiam cum auctoritatibus tum rationibus solidatam, et in 3a singula [illegible] argumenta opposita explicare conabor.

Veniens ad 1am partem meae praelectionis, supposita littera Magistri, praemitto 1o quaestionem procedere in suppositione impossibili, supponit enim Spiritum Sanctum a Filio non procedere, quod est impossibile, cum revera a Filio procedat, ut stabilitum est contra Graecos in pluribus Conciliis, in Lateranensi sub Innocentio 3o cap. 1o, in Lugdunensi sub Gregorio X, in Florentino sub Eugenio 4, ac demum in Trid. sessione 3a in confessione fidei, qua credimus in Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit.

Praemitto 2o quaestionem, licet procedat ex hypothesi impossibili, inutilem et vanam non esse, ut voluit Gotfredus quodlibeto 7 q. 4, quod mihi suadet communis fere theologorum auctoritas, qui eam ut utilem ex sententia communi [illegible] tenent, nam sicut hae quaestiones ab scholasticis utiliter agitantur, an si Deus non esset immutabilis, esset aeternus? an si in Deo relationes non essent, manerent personae distinctae? an si Deus non esset visibilis, esset distinctus ab eo quo? 1a ad investigandum an immutabilitas sit ratio aeternitatis; 2a ad intelligendum naturam relationum et distinctionem personarum; 3a ad discernendum quae sit ratio constituens has, et distinguens personas ab eo quo omnes eae, ita supposita sit impossibilis; ita pariter quamvis dicta suppositio [illegible] impossibilis, conducit tamen ad investigandam [illegible]

ſtalẽ distinctionẽ filij ab ſpũ ſancto, otiosa, nec inutilis erit

Quod ut magis

percipiatur suppono hypotesim impossibilem esse, in qua subiecto tribuatur praedicatum illi essentialiter repugnans, ut homini esse lapidem, vel etiam in qua a subiecto removeatur praedicatum ipsi essentialiter conveniens, ut si ab homine removeatur esse animal, quae hypo erit seria et utilis, si inquisitio, quae facta supra ipsam instituitur, nil curemus quid habeat subiectum ex se et sua praedicatio, sed tantum quid habeat ex illius, quod ponimus vel removemus in suppo, ut ex eo, quod homo sit lapis, habet non esse rationale, ex eo, quod non sit animal, habet esse insensibile

Dixi maxime, ut hypo sit seria et utilis non curandum quid habeat subiectum ex se et ex sua praedicatione essentiali; quia si id curemus, ad idque attendamus, sequitur duo contradictoria et utraque pars contradictionis, quae, facta suppe, disputanda supponitur, ut si facta suppe, quod homo sit lapis, attendamus ad hoc ex sua praedicatione essentiali, sequitur esse rationale, quia talis est omnis homo et non esse rationale, quia nullus lapis est talis, et idem est si supponamus non esse animal; sequitur enim esse sensibile, quia omnis homo talis est, et sequitur non esse sensibile, quia nil distinctum ab animali est sensibile, quo pacto redditur hypo inutilis et nugatoria: quidem inutilis, quoniam ad veritatem inquisitam, et explorandam id supponere, ex quo tam dicitur, quam falsum sequitur, utraque scilicet pars contradictionis, quarum una est necessario vera et altera falsa.

Dicimus, in hac quaestione sermonem esse de spiritu sancto, qui modo datur vero et reali non de impossibili, et chimaerico ut bene advertunt PP., de quo supponitur, quod non procedat a filio, et facta hac suppositione inquiritur an adhuc distinguatur vel non ab eodem, nil curando hunc spiritum sanctum ex se distingui a filio, idque habere ex sua quidditativa praedicatione, quoniam si ad hoc attendatur, hic spiritus sine dubio distinguitur a filio, sicut ab eo

procedat sicut n̄, quod attendunt Thomistae, nec possunt Thomistae qui cum aliunde ex ratione distinctionis ponant in persona, renunt uberius dicere n̄ distingui, qua ratione reddit negatiua, et inutilis suppo; quare bene n̄ audio P. Granado et alios, qui tenent in praedicta supp. spiritum s. distinctum a filio, quia hic spiritus s. sic distinguitur, et n̄ distinctum, quia ratio aliquam distinctionem prouisio, dum ex attendunt ad id quod habet spiritus s. ex se, et ad id, quod habet ex vi suppositionis quae ipsi reddunt inutilem, et negatiuam; cum ut utilis expositio sit debeat attendi id, quod habet spiritus s. ex vi suppositionis

Vbi manifeste distinguitur charitas a Spiritu Sancto, tanquam donum infusum ab infundente, quod testimonium primum dixistis, si breviter notemus duo. Primum, in eo Paulum non agere de charitate, qua Deus diligit nos, sed de ea, qua nos diligimus Deum. Ita manifeste Aug. de Spiritu, et littera cap 32. Charitas quippe Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos. Secundum in eo testimonio deprehendere Paulum charitatem habitualem et non actualem solum. Ita expresse Tridentinum sess 6 cap 7 definiens iustitiam habitualem nobis inhaerentem. Hoc enim fit dum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iustificantur, et illis inhaeret, in iustificatione enim infusa accipit homo tria haec, fidem, spem et charitatem, iustitia est fides, et spes habitualis accipit iustificatus per Baptismum de quo Parvulus dicitur: ergo accipit charitatem habitualem et illam sibi inhaerentem. Idem docent ceteri PP. ut Aug. Ambros. Hieronimus, Chrisostomus, et alii, quos refert Belarminus tom. 3: lib 5 de gratia, et libero arbitrio.

Hic breviter perstringemus in hac controversia valde celebri duplicem inimicitiam. Prima enim asserit iustitiam habitualem nullomodo a charitate realiter distingui, quam tuentur Alensis, Ricardus, Scot, Bonav. et Durandus, relati a Patre Suarez 6 lib de gratia, cap 12. Ex recentioribus Belarm. lib 1 de gratia, et libero arbitrio cap 6, et lib 2 de iustificatione. Pater Egidius, disput 21 de charitate dubio 2, Lessius lib 12 de perfectionibus divinis num. 76. Vega in Tridentinum lib 7 cap 25.

Secunda affirmat iustitiam habitualem a charitate realiter distingui velut primariam, et substantialem formam a sua proprietate et potentia, docent D. Thom. Antoninus, Alexander, Caietan. Conradus, Ferrar. Argentina. Capreolus, Egidius, hispalensis, Medina, Soto, et Valen, quos refert, et sequitur Suarez lib de gratia. c. 12. n 1 Zumel 1. 2. q 110 art 4 ad 1. Curiel a. 3 dubio 1. sess. 2. P. Torres 2. 2. disp 68, et Lorca disp 16, qui asserunt utramque esse probabilem, affirmanti tamen in suarum disputationum decursu semper adhaerent.

Huic sententiae libenter subscribo, proindeque ad 2 partem huius tractationis devenienus

illa

illos amplectore, tum q. hii temporibus innuerem, et expressum S. Thomae. Tum q. probabilioribus adversitur. Primus ex Scriptura, quae de gratia, et charitate, ut de donis diversis loquitur. 1 Cor 13. Gratia Dni nostri Jesu Xpti, et Charitas Dei etc. Ad Roma 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spm Stm qui datus est nobis. Primus q. datur Spiritus Stus per gratiam, et postea infunditur Charitas ut fructus illius. Sic ad Galat 5.

2us fundus deducitur ex Decretis.

Nos Innocentius III cap Maiores de Baptismo, et Decretum Viennense in clementina 1 de Summa Trinitate eligunt ut probabiliorem Theologorum illorum, qui docere parvulos in Baptismo infundi gratiam informantem, et virtutes, distinguendo plane gratiam informantem a virtutibus. Item Tridentinum Sess. 6. cap 7 ait iustificationem fieri per susceptionem gratiae, et donorum, quae dona gratia dicta mox explicat esse fidem, Spem et Charitatem, et can 11 non fieri iustificationem exclusa gratia, et charitate de quibus tanquam de donis diversis loquitur. Tandem Decretum Moguntinum cap 7 de iustificatione. Iustitia peccatorum hominis est Dei gratia, et per Spiritum una cum fide simul charitatis in corde diffusio, ac Spes accepit. Ubi clare gratiam a tribus virtutibus theologicis distinguit. Quod si velis Decreta haec tamen ea noluisse quidpiam decernere, sed opinionem theologorum probabilem relinquere: negari tamen non potest illam nostram his testimoniis magis favere, non quia eam definiant, sed quia supponant.

Pr 3us ex Patribus. Nos Aug. de Spu et littera: cap 32 id insinuans ait. Charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, non qua nos diligit, sed qua nos facit dilectores Dei, sicut iustitia Dei qua eius munere iusti efficimur et fides, qua fideles facit. Ubi iustitiam distinguit a Charitate, sicut fidem. Dionisius cap 2 de Caelesti Hierarch. sic ait: Si enim divinus hic status divina nativitas est, nunquam ille aliquid operabitur, qui hunc divinum statum sequutus non est. Ac vero nobis quoque ipsis non divinis prius esse hunc natum statum necessarium, ut sic divina humana possimus opperari? Ubi non modo distinctionem gratiae a virtutibus, sed rationem S Thomae exprimit. Dionisius quippe hunc divinum statum obtinemus per gratiam, quae supponitur doceri ad virtutes, quae possumus aliquid operari, sicut supponitur status naturalis humanus ad facultates operandi actiones humanas.

Pr 4o.

P.ª 4.º nostra Cdoā sacre: neqꝫ iustitia habitualis a Charitate, et virtutibus distincta non est impossibilis: quo de facto existit. ant. p.ª quia talis iustitia non implicat ex parte activa Dei, quae infinita est: nec ex parte passiva aiae, quae elevatur per activam potentiam. Rursus non repugnat ex parte tui, quia charitatem distinctas praeparata magis providentia non involuit, quae a charitate distinctis. P.ª 2.º igitur ea 1.º: quia per iustitiam habitualem a charitate et virtutibus distinctam explicatur melius conditio naturae, et participatio divinitatis in nostra natura propria iustitiae habitualis, seu gratiae Sanctificantis. 2.º quia eo pacto ordo perfecte conservatur, statuitur ordini inferiori naturae, et ordini superiori unionis hypostaticae, in quibus simpliciter unicum esse existit primus, quo accidentibus, ac virtutibus accidentalibus origo sit.

Respondeo 1.º contrarijs hoc munus naturae convenire posse charitati, quae quia accidentalis est, potest simul hanc in esse supernaturali constituere, et facultates operandi sibi identificare. Sed 2.º e nullo hoc non repugnet, attamen non ita factum esse ostendo; quia ex natura rei virtutem intelligendi praecedere debet virtutem volendi, nam eo modo, quo intelligimus operando, intelligimus etiam virtutibus operando: sed virtutem volendi non intelligimus ex natura rei priorem virtute intelligendi; nam in Deo ubi omnia connaturalia sunt, sicut per apprehenditur primus, aut saltem non posterius intellectus, quam voluntas, prout productio Verbi, quam productio Spiritus: quo in hoc viatore Charitas non praecedit munere naturae fidei, prudentiae, et aliis habitibus pertinentibus ad intellectum, nec in beato lumen Gloriae.

+ rationē

Confirmo praedictas rationes, nam in statu beatitudinis ante lumen gloriae praecedit aia sanctificata, et grata Deo, ut donis tot aliis propriis amicorum, et filiorum Dei, merito conferatur. Sed supponitur sanctificata, et grata per charitatem: primus non et potius, et in beato, vel saltem non posterius lumen Gloriae, quam charitas, unio, quam dilectio: sicut in Deo, quas per ea dona supernaturalia participat: quo est gratia habitualis a Charitate distincta: At in Patria, et via deificamur, et sanctificamur per eadem formam. Unde Charitas potest, cui munus naturae et habitualis iustitiae non repugnat, identificare sibi nec intellectum fidei, prudentiae, aut Luminis Gloriae. Rursus, ut est recepta Theologia, non implicat, ut aia eodem habitu potens fiat

actus

actus supernaturalis diuinarum virtutum, et illectus ac voluntatis elicere.

Respondeo

1º. opus non esse, ut munus naturae charitati, aut alicui supernaturali dono diuinae. Probatur: nam ut sup. sect. 8, ex quo iudicabimus 2ª prima theologica, ex propria, et probis descripta, negari non potest hos per dona gratiae participare naturae diuinae in ratione naturae: quod ubi nulla implicantia reperitur, conditio propria naturae alicui dono supernaturali adscribenda est. At hoc donum non est charitas: quia existit aliunde a charitate distinctus, nempe gratia habitualis.

Rogauit quis 1º. quare tali dono in Beato, et Christo Domino non infertur habitus fidei, poenitentiae, ac spei, quos infert in puro homine uiatore, siquidem in omnibus eiusdem naturae, ac uirtutibus et subiectum non est speciei diuersae? 2º. quare sicut inducit habitus supernaturales, quos existentes admittunt theologi, non inducat alios possibiles, quos non admittunt v.g. eos, quibus fiant actus respicientes indiuisibiliter duo obiecta formalia diuersarum uirtutum?

Ad 1um dico,

quod gratia habitualis, aut Deus intuitu gratiae infert in anima habitus supernaturales 2ª conditionem, et capacitatis status, in quo anima existit. Cum anima in uia, et patria subsistens per hypostasim propriam et aliunde diuersis prouidentiae conditionibus requirat, ea ratione non eosdem habitus in utroque statu obtinet per gratiam. Eadem ratione anima existens in corpore obtinet potentias naturales, et species impressas acceptas a rebus; extra corpus vero potentias spirituales, et species immediate inditas a Deo.

Ad 2um dico, quod Deus intuitu gratiae infundit in animam eos habitus supernaturales, qui in hoc statu actus communiter necessarii sunt, non autem eos, qui ad actus extra cursum ordinarium rerum, raro quod fiunt, sunt necessarii. Actus autem, qui fiunt a Iusto sine habitu infuso non sunt ex communiter contingentibus, sed rari. Sic Deus ad exigentiam naturae Angelicae species impressas indidit earum rerum, quae in hoc uniuerso existunt, indituris alias species, si in alia rerum uniuersitate conderentur. Praeterea omnes actiones gratiae, sive intra sint, sive extra, quae ab hoc Iusto eliciuntur actus supernaturales, gratia habitualis reddit, et propria est, quia omnia illa intuitu gratiae Iusto donantur: quod ad scopum huius disputationis sufficiens est. Addo autem ad eliciendos actus respicientes indiuisibiliter

obiecta

obta. ficalia duarum virtutum non indigere aliis habitibus, sed sufficere ad illorum
functiones utriusque virtutis, in quibus seorsim sumptis partialiter, et simul sump-
tis totaliter talis actus consistit.

Probatur ex Scriptura effectus proprios iustificantis
charitati adscribi: quod habitus charitatis non distinguitur a gratia, sed forma iusti-
ficante: antecedens probatur, nam per charitatem Deus manet in nobis, ut constat ex illo ad
Rom. 5: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est
nobis. Deinde nos per charitatem manere in Deo 1ª Joan. 4º qui manet in
charitate, in Deo manet. Praeterea charitas efficit nos filios Dei, ut constat
ex illo in 1ª Joan. 3º videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii
Dei nominemur, et simus. Denique Charitas est omnis virtutis proprie, ut constat ex
1ª Pauli ad Corinth. 13: charitas patiens est, benigna est etc. sed haec omnia
efficaciter conveniunt gratiae iustificanti, proprium indistinctum ab habitu chari-
tatis: quod talis est.

Sed contra insurgo 1º: nam haec testimonia non debent rigorose intelligi de
charitate habituali; sed potius intelligenda sunt de charitate actuali, quae pro-
cul dubio a iustitia habituali distinguitur. Item, inquam, accipienda de Chari-
tate actuali, secundum quod forma iustificans est, secundum quod ad nostram iustificationem disponit. 2º
insurgo: nam Charitas in Scriptura multiplex signatum habet. Interdum
enim signat donum increatum, quo Deus nos diligit. Interdum donum creatum,
quo nos diligimus Deum, sive habitus theologicus charitatis. Interdum donum,
quo nos sumus chari et diligibiles Deo, sive gratia habitualis, quae charus
dicitur, quod gratia teste Calepino et Durando in 1 dist. 17 q. 1. quae omnia distin-
guuntur: quod effectus formalis gratiae iustificantis proprii, qui charitate adscribuntur
non sunt accipiendi proprie charitatis, quae habitus theologicus est, neque reddit
dilectionis Dei, de quo nunc disserimus.

Sed loquimur de charitate ab illa dis-
tincta, quae nos efficit charos, et Deo diligibiles sive de gratia iustificante, quae
charitatis nomine in Scriptura signatur, ut eodem nomine signatur donum
increatum, quo Deus nos diligit, et donum creatum, quo nos diligimus Deum:
id quod apud Patres frequentissimum est, itaque dono habituali, quo sumus in actu 1º
dilectionis Dei: et doni habitualis, quo sumus diligibiles Deo nomen charitatis

in Scriptura

in Sphæra Divinæ est; ideo ubi hæc donanda probantur aliunde esse alitæ distincta, cum nomine charitatis significentur effectus formæ iustificantis proprii, illuminandi, et donis gratiæ habitualis dicti, aliter a dono habitus theologici, quod illiguitur cum per Charitatis signatur effectus, quo summus dilectoris Dei.

Respondetur 2°. Asse-

-rtionis nostræ ex mente Concilii Tridentini sess. 6 cap. 7, ubi cum asseruisset Concilium unicam esse causam formalem nostræ iustificationis, adiungit: hoc iustificari, dum charitas diffunditur in cordibus nostris. Et infrarius addit: in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum, hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum cum inserendo fide, spe, et charitate. Nam fides, nisi spes accedat et charitas, nec unit perfecte cum Christo, nec vivum corporis eius membrum efficit. Ubi numerans omnia, quæ nobis iustificatione conferuntur, nullo gratiæ habitualis mentionis agit.

Probatur 3a. inferiorio. Nam certissime Concilium Tridentinum in prædictis testimoniis non asserere, hos iustificari, et fidem vivificari per charitatem: sed dum charitas accedit, et diffunditur in cordibus nostris, quod intercedit propter connexionem charitatis cum gratia habituali: ergo nullo modo infertur ex supradictis gratiæ habitualis identificari cum habitu Charitatis. Quod a Concilio abstinuerit in dictis locis a gratia habituali, ex eo fluit, quod pluribus aliis in locis eius meminit: tum, quod Concilio fortasse ignaris, et Charitatis nomine formæ iustificantis designarent, ut opinionis Theologorum de identitate et distinctione dicti Charitatis a gratia iustificanti habituali probabilis relinquat: ergo ex mente Concilii nihil Doctrinæ nostræ assertioni induci potest.

Alii respondent

nostram esse Doctrinæ menti Sanctorum Patrum; nam D. Aug. lib. de natura et gratia cap. 42 ait: Charitas est verissima, plenissima, perfectissimaque iustitia. Rursus tracta 5 in Ioan. inquit: Charitas est, quæ separat inter filios Dei, et perditionis. Rursus lib. 15 de Trinitate cap. 18 inquit loquendo de Charitate: nullus est isto Dei dono excellentius. Alia plura verba afferuntur ex D. Aug., quæ in eodem sensu possunt induci. Demum D. Bernardus Serm. 83 in Cantica, sic loquitur: per charitatem maritatur anima Deo: ergo ex mente Sanctorum Patrum habitus Charitatis est

forma

froa sanctificans habitualis: pt. cont: ng dicere aliq maritato p Charitatis, et asserere aliq esse Deo gratis iustos et amicos Deo formaliter, ac proinde sanctificatos; sed nil magis facit gratia habitualis sanctificans: ergo non datur finem ad negandum esse iustificatium in habitu Charitatis.

Fateor hujusmodi

+aliquidmo alia testimonia aliq et iurando induxere illectos ad assensum Adversarii Me: Ceterum ut inquit Doctissimus Ripalda disput ultima de gratia habituali PP. loquuntur, et procedere debent intelligi de Charitate actuali, quae a gratia habituali distinguitur Pt. illa ita sic loquuntur, quia revera iustificat, quia ad iustificationes disponit per naturalis connexionis cum illa: ergo minus sanctorum PP. contra nostras illos non exhibit. Deinde contra nostros PP. in Scriptura reperiuntur, sed et iis vocibus Charitatis nunc modo usurpant: quia ipsi donum habitus theologici, quo simus dilectores Dei, ipsi donum gratiae sanctificantis ab illo distinctis, quo sumus diligibiles Deo, illi vero solent idemque cum Charitate tribuunt gratiae iustificantis effectus, non de Charitate virtute theologica, sed de gratia habituali ab illa distincta sunt accipiendi.

Prob. 4º nostra Cl: ng habitus Charitatis non est de
Deinde formalissimo, et essentiali gratiae: ergo gratia sanctificans, et habitus distinguuntur realiter: antecedens: ng entitates quae habent munera diversima, et quorum unum nullo modo involuitur in ratione alterius una non est de Deinde formali alterius: sed habitus Charitatis et gratia habent diversa munera quorum unum nullo modo involuitur in ratione alterius: ergo habitus Charitatis non est de Deinde formali gratiae. Major est certa, minor probatur: ng Deinde formalissimum gratiae est hominem distinguere formaliter iustum, et amicum Deo; sed Deinde formalis habitus Charitatis de se non est reddere hominem iustum, sanctum, et amicum Deo: ergo habitus Charitatis et gratia sanctificans diversas rationes formales involuunt. Minor in qua est difficultas, probatur ng Deinde adaequatum, et formalis habitus Charitatis est hominem reddere potentem ad diligendum Deum; sed Deinde formalis potentis diligere Deum non est Deinde formaliter iustificans, et sanctificans: ergo Deinde formalis habitus Charitatis de se et independenter non est hominem constituere hominem sanctum, et amicum Deo.

Major dubitationem non patitur: sicut enim Deinde formalis habitus fidei est reddere hominem potentem

ad credendum

ad credendum, et duplicem supernaturalem spem, constituere potentiam ad sperandum, ita similiter duplicem ad diligendum charitatem, est reddere hominem potentem ad diligendum Deum. Minor probatur: quoniam peccatorum in via existentium, sunt potentiam ad elliciendum actum contritionis et ad Deum super omnia diligendum: ergo duplicem ille non est proximum formae justificantem. Antecedens probatur: quia huiusmodi capacitas in peccatoribus existentibus ad elliciendum actum contritionis non solo fit per auxilium externum: sed tamen valde probabilis illa quae auxilium fluens internum: ergo constituerentur per illud justi. quia enim hoc auxilium sit fluens habitus a charitate permanens, nihil, quod conduxit, omnem duplicem sanctitatis, si habeat hoc, quod est constituere hominem potentem diligere Deum, cum nulla sit repugnantia quominus posset sit gratia habitualis, unio hypostatica, et unio Beatifica fluens. Imo sequeretur per ipsum assistentiam externam constitui hominem sanctum, licet modo minus perfecto, quam per habitum charitatis, sed duplicem sanctitatis in eo consistat, ut quis sit potens Deum diligere.

Respondent adhuc quod quaecumque conveniunt gratiae, conveniunt etiam charitati, unde non distingui nisi entitatis ab alia necessarie est. Nam gratiae convenit efficere hominem gratum Deo; charitati efficere hominem Deo charum; gratiae remittere hominem peccata, charitati multitudinem peccatorum operire, ut constat ex 1a Petri 4°. Gratiae convenit dignificare opera in gloriam; charitati dirigere illa in ultimum gloriae finem: sed contraria ideo proximum videntur quod nullum habemus fundamentum ad distinguendum gratiam a charitate. Contra primo instructio: quoniam charitas theologica, de qua disserimus, munus non est purgare animam a peccato, et efficere illum Deo charum; sed Deus nobis charum efficit. illud enim charitatis, quae est gratia habitualis. Sit charitati non competit dignificare opera in gloriam, sed ea dirigere in ultimum finem, quod diversum est, nam dirigere in ultimum finem potest convenire spei, quae opera non dignificat in gloriam: ad dignificandum enim requiritur, ut subjectum gratificet Deo, et mundet a peccato; quod charitas non est, et ad summum ea munera non charitati habituali, sed actuali tribui possunt: ergo munus habitus charitatis distinctum est a munere gratiae justificantis.

Respondent 2°, quod quamquam sunt distincta, possunt separari a Deo, cum a gratia, et charitas separari non possint, debet inferri gratiam a charitate non distingui. Quod a gratia a charitate non separetur, constat: nam si separaretur, posset homo decedens in gratia salutem adipisci, quia gratia est semen gloriae. Rursus non adipisci salutem, quia non haberet charitatem: nam teste Paulo

1a Chorint

1ª Corinth 13º. si chat. non habuero, nihil mihi prodest; praeterea sequeretur esse amicus Deo per gratiam et non esse amicus, quia non posset redamare Deum per chat. Resp. quod quamvis verum sit, quod distincta possunt separari, ac per consequens, quod gratia sanctificans ex suo duplici formali potuit separari ab habitu Charitatis; attamen Deus, providentia ordinaria habitus Chatis. connectit realiter cum gratia iustificante, et hac ratione verum est hominem non posse adipisci salutem sine habitu Chatis; non autem hoc potest intelligi de lege extraordinaria Dei, in qua gratia esset ab habitu Chatis. separata, et eveniret quilibet suis muniis exerceret distinctis. 2º inito, quod ut homo sit amicus Deo, opus non est posse proximus redamare Deum, sed sufficit posse connaturaliter redamare exigendo virtutes proximas redamandi, quod conveniret homini per gratiam habitualem abiunctam a Chate, ex quo sequitur testimonium Pauli relatum intelligendum esse de lege ordinaria, in qua habitus Chatis inseparabiliter comittatur gratiam sanctificantem.

4 Respondent 3º

quod si gratia a Chate disiungeretur, esset otiosa in anima, nam illa nec influeret in virtutis actus, cum ad illos virtutes infusae sufficiant; nec influeret in ipsas virtutes, cum habitus Spei, et fidei absque influxu gratiae in patore perseveret: ergo otiosa esset.

Resp. quod communiter dicitur, servire gratiam, ut per modum naturae, et formae substantialis inducat in animam virtutes infusas tanquam suas facultates, et potentias, per quas quasi emanationis, et exigentiae naturalis, falsum est, quod potentiae non disiungantur ab anima: ergo nec omnes virtutes supernaturales a gratia. 2º, quod si ab anima potentiae disiungantur, ideo est, ut substantia non sit immediate operativa, ut est communis sententia DD. rum inquirunt, talis distinctionis assumentibus: Gratia autem cum accidens sit, activa, sive operativa esse potest. 3º quod substantia animae a potentiis distincta diligit, et amat per ipsas earum actus: at gratia non diligit, nec credit per actus Chatis, et fidei: ergo gratia non inducit in animam virtutes infusas tanquam suas facultates, et potentias.

4º Instantia

pereunte natura pereunt proprietates, et potentiae: gratia autem pereunte manent in patore habitus fidei, et Spei. Rursus gratia antecedens, et exigens virtutes infusas non est, quam debita sit habere conditiones naturae potius quam dispositiones; cum dispositiones munus sit antecedere in subiecto formam, et illam sua exigentia connaturaliter

inducere

inducere. ~~Ex hoc~~ non sequitur gratiam a charitate distinctam otiosam esse fore. Nam negotium formae in subiecto non est agere, sed informare subiectum, et perficere: Gratia autem licet, nec virtutes, nec virtutum actus efficiat, perficit tamen subiectum, emundans illud a peccato, et reddens participem divinae naturae, iustum, et pulcrum et amicum Deo. Praeterea munus agit principii quasi efficientis, nempe radicis primariae, ac naturae, ad cuius exigentiam infunduntur a Deo virtutes supernaturales quasi proprietates emanantes ab illa.

Ad 1am impugnationem dico: quod licet potentiae non distinguantur realiter ab anima nunc existenti ~~realiter~~; non implicat tamen animam, in qua ab eius substantia distinctae sint, ut plures communiter dicunt in lib. de anima. Quod ita evenire naturale est, cum potentiae ipsae realiter inter se distinguuntur. At nunc potentiae animae inter se indistinctae virtutes infusae distinguuntur inter se: ergo potentiae animae indistinctae ab anima, virtutes infusae ab habitu generanti formae substantialis munus distingui possunt.

Ad 2am, nego substantiam animae a suis potentiis distinguendo, ut non admittatur substantia immediate activa; sed quia anima limitata est universalis virtutis est, ut sola absque concursu potentiarum in tot actiones genera non sufficiat. Nam licet anima a suis potentiis distinguatur, actus vitales immediate efficiet cum illis, ut etiam ostendunt plures in libro de anima.

Ad 3am dico quod Gratia non gerit munus passivum naturae, quae non credit, nec sperat per actus spei, et fidei; sicut neque habitus fluentes ab illa; hoc enim non agentis, sed recipientis munus est. Gerit tamen munus quasi activum naturae inducendo sua exigentia virtutes in anima. Quare efficit mediate actus sperandi et credendi interposito habitu supernaturalium concursu. Ad 4am respondeo communiter habitus spei, ac fidei non conservari in peccato connaturaliter, sed praeternaturaliter, quia decedunt gratia connaturaliter debebant decedere. Praeterea dico aliquas esse proprietates indifferentes conservari; et esse cum forma substantiali et sine illa quia licet forma exigat determinate tales proprietates, tamen proprietates non exigunt determinate originem et conservationem a forma v. g. calor, ut dicitur, qui est proprietas manans a forma ignis, casu quo non supponatur existens in subiecto; potest nihilominus sine forma ignis in subiecto conservari. Cuius conditionis esse possunt habitus fidei, et spei. Ad postremam rationem dico, gratiam non habere rationem conditionis,

sed substantialis

P subtalis fror. Itz q habitu Chay, et fidei nobilior e. Itz q velut generalis et ad oes actus, et habitus supnaturalis indifferens prius in aiq inducitur.

Q a gratia sanctificans altiores pfectionis gradus inter Spus Sti dona, et intra alia Dei beneficia habeat, ac proinde q superet chaz, et ab illa rlitr distinguatur pro inducendo Separatione intr habitus grie et Chay, quoad essalis perfectione. q ita suadeo: q ita Separatur gratia ad chaz, sicut essa ad ppietates suas. Itz q e participatio diuine essentiae qua excellentiori rone, qua habitus chay. quauis n. in Deo, sicut in re oia sint ides, ita etia sint equs pfecta, nihilominus tn rone Vnus atributus e excellentius alio, et in intus Depicta, ut altius atributus, qua voluntas. Vnde recte colligimus lumen glie, q e pfecta participatio diui intus, seu sciz, esse pfectius chae. Ita q essa Diua, tn se Depta sub pfectione rone illigita, qua sub rone amoris: q gratia creata, qua e participatio diuitatis tn se, et, ut nata quodam, e pfectior, qua chas, qua e participatio amoris. Et hoc etia ostendit effectus fmalis grie, qui est facere hoe Deus per participaoe et filius Dei adoptiuus, et contra dare intus ius hereditarium ad glia, qui n uidentr propu tribui particulari habitui chais, g altior et nobilior e gratia sanctificans, qua habitus chais: g rlitr distinguntur.

Rursus gratia e oes uirtutis prius et radix, ut ait D thomas dicta q. 110. art 3o ad 3, et art 4 ad 1z. Q illigit etia respectu chay: q sentit esse pfectiore illa. Vnde q. 14a de Veri-tate: art 4 ad 6, dixit gratia esse pfectiore tn oes uirtutis. Nec tn hoc obstant, ut dixi, qua de pfectione chay dicuntur a Paulo, et Aug., q so Separant chaz ad ceteras uirtutis siue in habitu, siue in actu: n Stexunt a chaz cu gratia, q nec habent operationes diuersas, neque de distinctione harz qualitatis clare loquuntur.

2o Separari solet gratia cu lumine glie, et, visione beata. et a qua de gratia diximus, attente Stradicentr, uidetr preferenda in essali pfectione etia illis donis glie, q etia ad illa Separatur, ut essa ad pot, et operaos. Neq obstat, q visio reddat hoe beatus, et n gratia, q inde so Seludit visione excedere in mo fmandi tanqua actus tn et ultimus, inde uo n sequitur, q in essali rone sit pfectior. Nam et ipsum lumen pfectius e in genere entis, qua visio, et n ita

sit n̄ra frōalitr̄ distincta, q̄ n̄ ē operatio n̄ra, ut sit perfectio, sat q̄ ē, q̄ beatificat effective tanquam proxima connaturalis, et proximum principium visionis. Ex hac ratione ergo gratia ē perfectior, q̄ ē principium radicale operationis luminis, et virtutis, cui talis beatitudo debetur, tanquam illi maxime connaturalis. Unde etiam fit probabile hanc qualitatem gratiæ esse summæ perfectionis et excellentiæ, quæ in qualitate creata cogitari potest, q̄ nulla species beatitudinis excellentior cogitari potest, quam illa, quæ in visione clara Dei consistit: q̄ nec potest cogitari esse divinæ participationis excellentius illo, cui beatitudo illa ē connaturalis: q̄ nec proinde qualitas excellentior illa, quæ tali esse divinum præbet, cogitari potest. Unde etiam aliqui Thomistæ excedimus, nec illius perfectiorem qualitatem aut beatitudinis speciem esse communicabilem: q̄ signum ē n̄ esse possibilem. Quæ dicto illegantia de humana creatura, ne fortasse in thesauris divinis aliud opposi aliud latet.

3º solet diversi qualitas gratiæ cum substantia animæ rationalis, vel Angeli, quæ operationis ahnost D. Thomas q. 110 art. 2 ad 2, et respondet gratiam eo modo esse minus perfectam, q̄ ē accidens, sed quantum eo ē expressio, vel participatio divinæ bonitatis, esse perfectiorem; et in q. 113 art. 9 dicit ex parte operis facti maius opus esse iustificationem impii, quæ terminatur ad bonum æternum divinæ participationis, quam sit opus creationis cæli, et terræ, quæ terminatur ad bonum naturæ mutabilis, et in 4 dist. 49 q. 1 art. 2 quæstiuncula 1 ad 3 dicit gratiam, licet in ratione accidentis sit minus perfecta, quatenus ordinatur ad aliquid extra, id ē ad perfectum conjungendum animam cum Deo esse perfectiorem, et hoc modo inquit D. Thomas, beatitudo creata et gratia per huiusmodi est aliquid nobilius nata animæ, cui inhæret. In numero gratiarum in 10 de gratia sanctificante, id etiam de aliis virtutibus, et donis infusis sentit esse perfectiora, quæ anima; q̄ etiam de Charitate expresse dixit 2. 2. q. 23 art. 3, ubi ibi generaliter ita declarat, q̄ licet accidens secundum suum esse, id ē, secundum suum modum essendi accidentis sit inferius subiecto, nihilominus secundum speciem rationem potest esse perfectius suo subiecto, si non manat ex principiis suis, sed ab alia superiori natura, cuius sit participatio, et hoc modo, inquit, Charitas est perfectior, quæ anima.

Non explicat a D. Thomas his in locis, quis excessus sit maior, neque absolute loquendo quæ identitas

perfectior

perfectior gratia, quam anima; Ita in 1° dist 13; art 1 ad 6, simpliciter praefert argumentum charitatis, quod in unaquaque re ipsum esse nobilius est, quam cetera, quae superadduntur post ipsum esse, ex Dionysio cap 5 de divinis nominibus. Charitatis illi sequuntur Caietanus in 2.2, ubi supra. Alii vero Thomistae contrarium sentiunt Aragonius in 2.2 dicto art 3, dub ultimo, qui id confirmat testimonio D thom. 1.2 q 113, ubi dicit bonum gratiae unius maius est, quam bonum naturae totius universi, ubi habetur hoc verbo minus considerat, ut semper ante oculos habeantur. Sub bono naturae etiam subito anima comprehenditur; ergo ex illa D thom. maius, id est, melius, et excellentius est gratia quam ipsa anima, idem tenet Valentia 2 tom disput 8, ubi adducit plura testimonia SS Patrum, et elegantissima verba Aug ~~...~~ serm 15 de verbis Apostoli cap 5. Melius est, inquit, te iustum esse, quam te hominem esse, si hominem te fecit Deus, et iustum tu te facis, aliquid melius facis quam fecit Deus: ergo iuxta Aug. gratia, quae dat esse iustum, perfectior est quam anima, quae dat esse hominem. Quod confirmat optime hac paritate: nam perfectius est esse Deum per participationem, quam esse hominem per essentiam seu naturam: per gratiam constituitur homo Deus per participationem, non vero natura: ergo perfectior, et excellentior est gratia, quam natura animae radix, vel Angeli, et consequenter donum excellentius in ordine supernaturali.

4 Quod gratia, et charitas possint de potentia absoluta separari, efficaciter suadetur ab eximio Suarez. Nam nulla est repugnantia in huiusmodi separatione, quia sunt res distinctae, et in effectibus suis non habent inter se essentialem dependentiam: quod licet habeant proportionem, et connaturalem quemdam vinculum, propter quod de lege ordinaria Deus non separantur, nihilominus potuisset Deus unam sine altera dare, vel conservare, et hoc supponit D thomas q 27 de veritate art 2 ad 4. Quod duobus modis posset fieri. 1° suspendendo charitatem sine gratia, et de hoc casu tractat D thomas in dicto loco, ubi sentit, hominem habentem solum habitum charitatis sine gratia, non fore satis idoneum ad merendum de condigno vitam aeternam, quod est valde probabile. Tum quia deesset tali personae praecipua dignitas necessaria ad tale meritum ex parte operantis, nimirum, quod sit factus Deus per participationem; tum etiam; quia illi homini non deberetur vita aeterna, ut hereditas, quia non esset intrinsece constitutus filius adoptivus, quia non haberet naturae Patris participationem; meritum autem de condigno supponit hoc ius filiationis, et in eo fundatur. Hoc autem intelligendum est de connaturali ordine talis meriti; nam si Deus alio ordine

constitueret

ultimum voluisset, et praemium illud sub conditione talium operum promittere, non deesset in operibus ex charitate procedentibus proportio ad praemium ob aliquod meritum de condigno sufficiens, quamvis non tam perfectum, quantum nunc est propter rationes dictas.

2° possunt illae qualitates separari infundendo gratiam, et non habitum charitatis, ut de facto fortassis Magister sensit, qui licet negaverit charitatem creatam, non vitat gratiam etiam negasse. Tunc gratia ex parte sua haberet sufficientem condignitatem ad meritum, et hominem constitueret filium Dei adoptivum, et haeredem, ac proinde etiam redderet sanctum, et quantum est ex se, a peccato immunem. Solum quia careret homo proximo connaturali principio diligendi, et perfecta virtute operandi, et ex hac parte non esset homo tam perfecte iustificatus, sicut modo est, posset tamen Deus per auxilia efficientiam habitus supplere, et tunc opus esset perfecte meritorium, quia opus ipsum in se esset aeque perfectum, et in persona operante esset sufficiens condignitas, et conditio illa, quod actus eliciatur per habitum charitatis, non est tamen necessaria ad meritum de condigno.

Ad 3um respondeo distinguendo argumentum 1°. Contra nostrum Magistrum: non actus charitatis simul cum habitu est forma sanctificans: quia actus charitatis de se sanctificat formaliter: ergo habitus charitatis erit etiam forma sanctificans. Contra insurgo: non contritio perfecta de se impetrat moraliter a Deo remissionem peccatorum; sed si esset formaliter forma iustificans, non posset impetrare illam moraliter: ergo actus contritionis non est forma sanctificans, ac consequenter nec habitus. Minor ex se manifesta est; quia non impetrat moraliter ab alio, quod independenter ab eius favore existit [illegible], et cum ipso actu impetratorio: ergo si actus contritionis esset forma iustificans, male diceretur de illo esse impetrativum remissionis peccatorum. Maior vero, ex qua disputatur, probatur ex Tridentino sess. 14 cap. 4, ubi docet contritionem aliquando impetrasse veniam peccatorum. Ubi de contritione complectente perfecta, et imperfecta loquitur, ut [illegible] probat aperte ipse contextus, et communis expositio theologorum, et Patrum, nam Augustinus in Ps. 50 loquendo de Ninivitis haec verba profert: de incerto poenitentiam egerunt, et certam misericordiam meruerunt: ergo ex mente Concilii, et Augustini vitat actus contritionis, et charitatis esse impetrativus sanctificationis, non ideo forma sanctificans.

2° insurgo: non actus contritionis de facto non iustificat peccatorem, nec destruit formaliter peccatum independenter a gratia habituali; sed si esset forma sanctificans, independenter a gratia habituali

habituali sanctificarit, et destruxerit formaliter peccatum, prius quam gratia sanctificaret: ergo actus contritionis non est forma sanctificans. Minor probatur: quia contritio prius inhaeret animo, quam gratia habitualis tribuitur animo ob causalitatem formalem sibi essentialem, quam seclusso favore Dei tribuere potest. Neque satisfaciunt, si dicant gratiam habitualem praecedere contritionem in genere causae efficientis: quia licet gratia praecedat contritionem in genere causae efficientis, tamen contritio praecedit gratiam in genere causae materialis. Destructio enim peccati non est effectus gratiae, ut efficientis, sed ut receptae in anima in genere causae materialis; nam receptio et informatio animae est causalitas formalis depellendi ab anima peccatum: ergo si contritio prius illigitur recepta in anima in genere causae materialis, quam gratia habitualis, prius etiam illigetur destruens peccatum, quam gratia.

Contra denique quia licet gratia et contritio quoad infusionem, et primarium effectum mutuo se ordine praecedant, tamen quoad effectum secundarium, et expulsionem peccati formaliter simultanea sunt, ac proinde se habent, ac si altera in alteram nullam causalitatem exerceret: ergo sicut utraque formaliter expelleret peccatum, ubi ambae in eodem instanti mere concomitantes essent absque ordine prioris, et posterioris, ita, et modo quando in effectu secundario depellendi peccatum simultaneae sunt, et nullam altera in alteram causalitatem exercent. Dices non potest utraque concurrere in actualem iustificationem, et expulsionem peccati tanquam duae causae formales inadaequatae, sed adaequatae: contritioni autem non potest tribui de facto actualis iustificatio tanquam causae adaequatae: ergo actus contritionis non est forma sanctificans: ergo similiter nec habitus charitatis.

Arguitur secundo. quia gratiae necessitas tota sumitur ex operatione; si enim ad bene operandum non esset necessaria gratia, nunquam esset cogitatum, vel praedicatum gratiae habitum per se infundi fidelibus necessarium, nisi in nobis essent operationes aliquomodo supernaturales, quae sine virtutibus supernaturalibus fieri connaturali modo non possent. Sed gratia, quae sit forma distincta a charitate ad nullam operationem necessaria est, quia ad omnia opera gratuita sufficiunt virtutes, et dona supra numerata: ergo non esset necessaria gratia, si distingueretur a charitate.

Respondetur negando maiorem, quia potest esse vera de gratia actualiter, et proxime adiuvante, non vero de quacumque gratia informante, quae praeter suam perfectionem, seu quae effectus formalis potest esse necessaria saltem necessitate connaturalitatis,

quae

quæ sufficit, q[uia] neq[ue] in virtutibus infusis maior necessitas invenietur. Unde mi-
rum quis est, q[uod] si nulla esset operatio supernaturalis in substantia, quæ per se, et ex natura
sua postulet supernaturalia auxilia eiusdem ordinis, ut fieri posset, non essent
necessariæ virtutes infusæ, quibus connaturaliter fieri possit, et multo minus esset necessaria
habitualis gratia, quæ nullus esse divinæ participatus nobis communicaretur, quia
non daret esse effectus, et quasi substantiale, nisi propter aliquas operationes. Supposita a
operatione supernaturalis ordinis, sicut ex ea colligimus necessitatem virtutum gratiæ,
et gratiæ virtutum infusarum, quæ sunt proxima principia connaturalia talium operationum, ita
etiam colligimus dandam esse aliquam gratiam, quæ sit quasi forma natura illius
ordinis, et quasi principale et radicale principium talium operationum, cum, et consequenter
habitus, et auxilia connaturaliter debeantur.

Arg. 3°. non sunt multiplicandæ entitates in
rerum natura absque necessitate, ut est commune proloquium inter Philosophos; sed nulla
est necessitas distinguendi gratiam a Charitate: ergo male distinguitur habitus Charitatis dis-
tinctus a gratia. Minor probatur: quia in naturalibus potentiæ non distinguuntur realiter a natura,
cuius sunt potentiæ: ergo similiter nec in supernaturalibus, in quibus gratia est natura, et charitas potentia:
ergo realiter identificantur gratia, et habitus charitatis. — Respondetur negando
assumptum: quia licet in naturalibus potentiæ non distinguantur vel realiter a natura, tamen in supernaturalibus
debent distingui; namque fides, et spes realiter distinguuntur a gratia: ergo et charitas; unde
patet dari necessitatem distinguendi gratiam a Charitate, quam Deus scit, quidquid
sit, an ea lateant nos, quæ ratio, et necessitas forte potest esse, vel velle
Deus ostendere, naturam suam esse participabilem non solum per naturam identificatam cum
potentiis, qualiter participatur in ordine naturali; verum etiam per naturam non identifi-
catam cum potentiis in ordine supernaturali.

Arg. 4°. quia vel gratia a Charitate distincta est in essentia
animæ, vel in potentia, non potest esse in potentia, quia deberet illam complere, et inclinare ad aliquam
determinatam operationem, namque perfectior recipitur in perfectibili ad modum eius. Neque etiam
videtur esse posse immediate in essentia animæ, quia nullus determinatus, et quasi specificus
effectus potest illi conferri. Quia hic effectus sit esse gratum, vel dilectum, ut tenet
se ex parte obiecti, seu personæ a Deo dilectæ, nihil aliud significat, quam esse
bonum, quod prædicatum de se transcendens est, et suo modo per quamcumque virtutem ex parte
conferretur, per charitatem censetur simpliciter dari, quia virtute continetur, et nihilominus

in

in singulis determinatis peculiaris effectus, quos unaquaeque efficit in ordine ad suae operationes. In ista autem anima non potest illi sic specifica efficere determinatos effectus bonitatis: quoniam nec specialis fiorum gratiae, quae illa peculiari modo amabilis, et gratos reddat.

Respondeo non esse difficile illustrare, quod gratia, licet sit in essentia animae, peculiari modo faciat hominem sanctum et bonum, non quidem inclinando ad peculiarem operationem virtutis: sed efficiendo animam quoddam esse, cui sit connaturalis omnis virtutis infusa, eiusque operatio, et dando virtutibus animae ad influendum suo modo in omnia huiusmodi opera virtutis.

Solet haec quaestio disputari sub hoc titulo An gratia sanctificans aliqui qualiter distincta a virtutibus, et spiritualiter charitate. Nos dicimus quoniam nulla est neque esse potest controversia inter Catholicos, qui consentientes moraliter moraliter peccando gratiam et charitatem amittunt, non fidem et spem, nisi per quandam poenam illius specialiter gratia.

An Demones et animae in alia vita puniantur igne Corporeo et quo modo pertinet ad hoc quaestio est in 4 dist. 44. 21. Magistro et alii dist. 16 libri 2i

In qua, ut maiori claritate quedam tripartitas offeram, inquam 1o doctrinis huius partis literas aperiam Mag. stas referam et aliqua supponam, in 2o mentem meam aperiam fulcitam autoritatibus et rationibus. et in 3o ...

...as huius doctrinis parte illustrissimus Petrus Lombardus Episcopus Parisiensis etc. ... Demones ad...

Suppono 1o contra quosdam antiquos Philosophos Pytagoram, Epicurum, Ciceronem in tusculanis, Plinium lib. 2 c. 63, Avicennam 9 Methaphis. c. ultimo, qui poenas vitae futurae negabant; Demones, et damnatos post eorum ... puniri duplici poena, una, quae consistit in perpetua Carentia visionis et amoris Dei, et in dolore et tristitia ex cognitione talis Carentiae resultante in eorum voluntate, haec est poena quae in ... damnatis et ... ut quaelibet alia sit mitior et tolerabilior, et ideo poena damni nuncupatur. rursus puniuntur alia poena quae poena sensus dicitur, quae consistit in cruciatu, quem percipiunt ex incarceratione in inferno ab igne ibi existente.

Suppono 2o contra Philonem lib. de ... et Plures Lutheranos, et ex Catholicis ... Catharinum lib. de praemiis bonorum, et suppliciis malorum, qui iudicarunt ... damnatos non vero igne sed methaphorico, poenas ... ... methaphoricam igne indicatam cruciatum, ignem inferni qui paratus est Diabolo et Angelis eius, esse verum ac proprium ignem corporeum. hoc suppositum est probe veritas Catholica quae nullam patitur dubitationem, constat ex pluribus ... ... locis, ex Deuterono. 32. Iudic. 16. Psalmo 10. Ecclesiast. 7 et 21. Isaiae 3. ex Matheo pluribus in locis praecipue Cap. 25. ubi inquit Dominus damnatis ite in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo et Angelis eius,

Constat etiam manifeste ex 2 Petri Epist. c. 2 ubi inquit: Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, de quo vero et physico igne aiebat Dives in tormentis existens, crucior in hac flamma. Idem sonat Aug. lib. 21 de civitate Dei c. 10 ubi inquit: adhærebunt spiritus incorporei corporeis ignibus cruciandi. et Greg. 4 Dialog. c. 29 ait corporeum esse non ambigo. Sed scripturæ sacræ debent intelligi cum proprietate quo commode fieri potest ut docet Aug. lib. 8 de gen. ad litteram. Ex quibus. sectio 4: ergo manifestum est de fide Divina spiritus et hos damnatos cruciandos esse in inferno vero igne physico et corporeo.

His breviter præsuppositis tota difficultas inde reducitur ad investigandum quomodo puniri possint spiritus mali igne vero corporeo. cum hic non possit sua activitate pertingere ad excellentiam naturæ spiritualis. cuius difficultas adeo difficilis visa est, ut plures admirantes, illius rationem reddi non posse. hi sunt Durandus in 4 dist. 44 q. ultima, Cardinalis Bellarm. lib. 2 de purgatorio c. 12. Lorantius ... q. 64 art. 4 disp. 5. Vazq. et alii et nonnulli in dubitando valde ex Aug. lib. 20 de civit. Dei cap. 10, ubi ait, miris et ineffabilibus modis ignem illum torquere. unde Hugo Vict. lib. 2 de sacramentis p. 16 c. 3, ait. quomodo, inquiunt, animæ sine corporibus ardebunt corporaliaque pati poterunt? Quid dicamus, nescimus quomodo hoc fieri possit, numquid ideo verum non est, quia nescimus, quomodo est?

Et alibi paulo sub q. c. 11 in simili ait, nec mireris, opus Dei est hoc, opus mirum est, sed non ideo falsum quia mirum est, et verum est quia mirum est, nec enim sit mirum, quia opus Dei est, non est mirum si mirabilis mirabilia operetur. Sed quamvis abstracta videatur ... pœna spiritibus inflicta ignis, nec possit nobis certo constare non ideo penitus desistendum erit ab aliqua disquisitione, talem ut inter varios dicendi modos, magis verisimilem eligamus, sicut

ut

ut loquitur Suarius Noster lib 8. c. 14. n. 3. ad aliqua talis
praeter extra ... huius poenae dignoscenda. Nam cum Beatamus ex
Doctrina revelata ibi dari veram actionem ignis, sufficienter colligimus
eam illius esse veram actionem, et licet ad praementum aliquo modo et
ad aliquam speciem pertinere debere.

In qua adeo abstrusa Theol.
praeinquam non refferam, neque enim in omnibus in nobis immorandum
sagio ita asserit, sive excludit realem actionem, solumque admittit appre=
hensionem, qua Daemones apprehendunt ignem ut sibi disconvenientem
quare noxius illis apparet, ut nullum corporeo nocumentum inducat.
hanc opinionem insinuat Albertus in 4 dist 44 art 20 ad ultimum
et art 34. favet S. Bonav.ra in 4 dist 44 p 2 art. 3. q. 2. sed haec
ita non placet. 1o: quoniam intellectus Angeli non potest sic decipi, sicut
nos, qui falsa imaginatione cruciamur. Deinde ut dixit Aris in lib. de
anima apprehensio, seu imaginatio non movet affectum, neque Catamorem
seu existentiam nisi ad iudicium perveniat: ergo ad causandam vehementem
daemonum afflictionem non sufficit simplex apprehensio, sed requirit iudicium
de vehementi malo, quod praesens est, et ideo torquere iudicet, sicut
timor efficit supponit iudicium de malo futuro. Sed Angelus sic pati
deordinatus non potest naturaliter iudicare, ignem sibi nocivum esse
si revera non noceat, nec Deus imprimit talem errorem mentibus
daemonum, ne sit author mendacii: ergo si nihil noceat ignis Angelo
non potest hic ignem apprehendere ut sibi disconvenientem

2a 2o quia contra hanc
stat non tam ignis spiritus cruciaret, quam ipsismet sua cogitatione torque=
rentur, quod non consonat sacris scripturis et S.S. Patribus ignis cruciatum expen=
dentibus. praecipue Divo Greg.o Moralium c 38 dicenti. reue
infernum claustra tenebrosa terra nominantur, quae eos praemendos
accipiunt, nequaquam transitoria, seu phantastica imaginatione, sed
ultione solida cruciant.

Item ex S. Greg.o 4. Dialogorum c. 29. ubi
de spiritibus, qui cruciantur in inferno, inquit. ignem namque
eo ipso quod videt, ergo cremari se aspicit, cremat: ergo spiritus
cruciari dicuntur in inferno per apprehensionem ignis ut sibi

dis

discriminantur, et quamvis ignis noxius illis appareat.

sed 3a e qa D.

Greg. in predicto Cap° satis explet mentem suam. dum inquit igne visibili ardorem ac dolorem invisibilis trahit, et per ignem corporeum mens incorporea etiam incorporea flamma cruciatur, ubi ut refferat cruciatam daemonum in congelationem, quam cum sit spiritualis dicit a Greg° ardor invisibilis et incorporea flamma, cum sicut dicit, flammam ab igne corporeo desumbat, sic etiam docet operationem spiritalem ab ipsomet igne provenire, quod magis expressit subdens, quamvis colligere ex dictis evangelicis possumus quia incendium anima non solum videndo, sed etiam experiendo patiatur. quid clarius?

Quia vero corporeum ignis non inducit naturaliter dolorem nisi medio sensu tactus, ideo declarat illam afflictionem spiritus ab igne non fieri medio tactu, sed apprehensionem, seu visionem mentalem non tamen sine qualitate aliqua, unde illam procedente, quam dolorem inferat, et ideo cognoscit esse dolorificam, quod significat illis verbis, quia cremari se aspicit, crematur: non solum quia videt ignem, sed etiam videt se ab igne cremari: quare cum ratione illa facit hunc sensum, quia videt se cremari actione physica, et vera; crematur vitaliter, id est, affligitur et dolet de actione dolifica.

2° Ita ponunt actionem ignis in daemones, non realem, quae produceret calorem in illis, sed intentionalem quae produceret species intentionales cogentes ad apprehensionem valde contristantem ipsos. sic Albertus, qui tribuit igni producere hanc speciem ut intentionem Ferr. ita sentire videtur Henricus quodlib. 5 q. 7 earum species istam ab igne productam impugnat S. Thom. 4 contra Gentes Cap. 9. 1°: quia Lucifer videt talis species, nam itemque habet species rerum naturalium sibi congenitas, per quas dum obiectum est possibile, cognoscit illud abstractive dum vero existit, cognoscit illud itemque intuitive, nec per damnationis statum fuit privatus his speciebus

2°

qa n egot nova specie ab igne producta, qua reprimat igneȝ, queȝ actu existeȝ p speciē inditaȝ ignis cognere poult sp̄es vt premittẽ, nec apparet quid aliud possit in istā ssa. expar iximentalis, quaȝ volant, separatio delineare

